



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

Princeton University Library



32101 055575755

2559
.363
.346

Library of the



College of New Jersey.

Purchased in 1688

1688

8
6

A I Σ X Y Λ O Y

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ÆSCHYLI^{WS}
„

P R O M E T H E U S V I N C T U S.

BREVI COMMENTARIO INSTRUXIT

FREDERICUS A. PALEY, A.M.

COLL. DIV. JOH. CANT.

CANTABRIGIÆ :
APUD J. ET J. J. DEIGHTON.
TYPIS ACADEMICIS.

M.DCCC.XLVI.

PRÆFATIO.

PARUM novi, reconditi nihil, in hoc libello invenient nostræ Academiæ Alumni, quorum præcipue usibus destinatus est. Neque enim illud egit Editor, ut subtiliter quidem, sed paucorum in utilitatem literatus a junioribus haberetur, sed hoc potius negotium sibi proposuit, ut celeberrimam pulcherrimamque Æschyli fabulam qua posset diligentia recensitam atque illustratam discentibus traderet. Restabant enim nonnulla, quæ post excussos Antiquitatis thesauros exhaustamque fere Criticorum artem ἀμαθέστερόν πως καὶ σαφέστερον exponi posse arbitraretur.

Adnotationes criticæ in Æschylum a summo Viro Gul. Dindorfio conscriptæ, et abhinc paucis annis Oxonii impressæ¹, gravissimum edendi onus editori exemerunt. Etenim non modo vett. librorum lectiones luculenter ac fideliter ab eo recensentur, sed ubique inter tantam varietatem quæ sit vera scriptura summo cum judicio indicavit Vir egregius, monitis subinde lectoribus, ex diversis priorum editorum emendationibus quæ sibi præcipue in textum admittendæ videantur. A quo paucis tantum in locis equidem discedere ausus sum; quia nec difficilis nec admodum depravata est hæc fabula, efficitque jam magna moles commentariorum a clarissimo Episcopo Londinensi in notis ac glossario et ab aliis cumulata, ut et ille uberrimam eligendi materiam haberet, et in posterum ne conjectando quidem latum spatium pateret, cum nihil fere quod usquam

2559
363
346
(RECAP)

¹ Tomis duobus, M.DCCC.XLI.

16669

ad tollenda librorum vitia probabiliter excogitatum sit prætermiserit Vir diligentissimus.

Sunt autem nonnulli, quibus ea præcipua laus esse videatur, nihil in edendo Æschylo novare¹, nihil conjectura corrigere, nihil ne fluxum quidem et plane labefactatum secundum linguæ et metri leges ex ingenio ad integratatem velle restituere. Incertæ omnino, inquiunt, sunt grammaticorum regulæ; absurdæ interdum, falsæ non parum sæpe; periculosa vero mutandi licentia, immoderata plerumque cupidio, ridicula criticorum subtilitas. Hæc ego sæpissime et legi et audivi contra nimium emendandi studium cum quadam acerbitate objecta; sed tamen maximum partem ab iis, qui mediocri tantum linguæ et metrorum et artis criticæ scientia instructi corruptos codices propterea sequendos clamaverunt, quia corruptos esse non intellexerunt; qui emendandi necessitatem non perspexerunt, quia vitia in vulgatis latentia deprehendere non potuerunt. Sciunt harum rerum peritiores, in melicis Æschyli carminibus adeo accuratam semper esse antitheticam stropharum responsonem, ut qui metrorum rationem probe neverint, certissimum in iis indicium habeant, quo corrupta loca et discernere et simul corrigere possint. Quod quidem quo apertius fiat junioribus, quinque tantum exempla ex sexcentis infra apponemus.

In Theb. 773. libri omnes ἀναρπαξάνδραν exhibit. Versus antitheticus est ἀνδρῶν ἀλφηστᾶν. Peccat ἀναρπαξάνδραν in metrum simul et in linguæ analogiam; siquidem Atticis ignota sunt vocabula ex verbo cum præpositione et substantivo composita, qualia ἀφαμαρτοεπῆς Hom. Il. III.

¹ Klausenium dico, Scholefieldium, et Wellauerum; quorum consilium in edendo Æschylo ut temere susceptum, ita haud feliciter absolutum mihi quidem videtur, tametsi scio alios longe aliter existimare.

215. Itaque præclare Hermannus τὰν ἀρπαξάνδραν restituit, etsi præclarus etiam, ut opinor, potuit τὰν ἀρπάξανδρον, Blomfieldium sequutus. Nego de veritate hujus conjecturæ dubitari debere; dubitaverunt tamen, et dubitabunt critici, sive codicum auctoritatem decentantes, seu facilitatem corruptelæ non satis agnoscentes.

Choeph. 635. vulgo :

προσχαλκεύει δ' Αἴσα φασγανουργός,
τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοισιν
αιμάτων παλαιτέρων.

τείνει μύσος.

χρόνῳ κλυτὰ βιντσόφρων Ἐρινύς.

In hoc loco duo versus, primus et quartus, antitheticis non ad amussim respondent, qui sunt

διανταίαν ὥξυπευκὲς οὐτῷ, ετ
τὸ πᾶν Διός.

Pro τείνει quidam libri τίνει præbuerunt. Sed quis, quæso, aut hoc aut illud tolerari posse putabit, qui tragicorum usum cognitum habeat? Sic scripsisse Aeschylum certissimum est :

προχαλκεύει δ' Αἴσα φασγανουργός·
τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοισιν,
αιμάτων παλαιτέρων
τίνει μύσος,
χρόνῳ κλυτὰ βιντσόφρων Ἐρινύς.

atque ita jam emendarunt Hermannus et Lachmannus.
Filium domum introducit Erinys, qui patris sui cædem ulciscatur.

Eumen. 520.

ἐκ τῶνδ' ἀνάγκας ἄτερ δίκαιος ὁν
οὐκ ἄνολβος ἔσται.

Versus antistrophicus hic est,

καλεῖ δὲ ἀκούοντας οὐδὲν, ἐν μέσῳ—

Unde præclare ἐκών δὲ emendavit Wieselerus. Dubitat aliquis an recte id fecerit? Laudabimus eandem philosophorum sententiam ex Platone, Rep. II. §. 4. μηδένα ἐκόντα εἶναι δίκαιον, ἀλλ' ἀναγκαζόμενον.

Suppl. 680. corrupte libri:

προμαθεὺς εὐκοινόμητις ἀρχά.

Antistrophicus est

δαφνηφόροισιν βουθύτοισι τιμαῖς.

Unde vix aliud scribere potuit Æschylus quam
προμαθίας εὖ κοινόμητις ἀρχά.

magistratus consilium bene cum prudentia conjunctum habens.

Ibid. 627.

τὸν ἄχορον βοὰν κτίσαι μάχλον Ἀρη,

cui cum non respondeat v. 636.

δυσπολέμητον, ὃν οὔτις ἀν δόμοις ἔχοι,

manifesto legendum est

ἀπόλεμον, τὸν οὔτις ἀν δόμοις ἔχοι,

nam nihil est δυσπολέμητον nisi glossema ad v. ἀπόλεμον ascriptum. Confer Cho. 48.

Præterea quum satis compertum sit, permultas scripturæ et dialecti varietates, inepta sæpe metrorum supplementa¹, pravas verborum formas, et cetera ejusdem generis, a librariis veritatem rei ignorantibus, et pleraque pro suo arbitrio rescribentibus, in codices suos inlata esse; de quibus nemini probe scire contingit, nisi qui veterum

¹ Vide Ag. 462. 448. ubi senarium confidere conati sunt grammatici, θεοὶ κελαιναὶ δὲ [οὖν] Ἐρινύες χρόνῳ. ibid. 1311. Hermann. ad Ed. Tyr. 1202.

librorum lectiones diligentissime contulerit; graviter profecto falluntur, qui non animadvertentes ulcus in vulgatis inveteratum, oblatam medicinam temere et inconsiderate aversantur, et illud sanissimum judicant, quod utique, ut ex antiquissimis libris enotatum, siccirco antiquissimum esse præsumunt.

Ex more recitandi memoriter quæ præcipue tragicorum loca veteribus placebant², vel fortasse propter redactas toties in scenam Æschyli fabulas, illud evenisse putamus, (quod quibusdam mirum videri potest,) ut quædam lectio-nes, quas incuria transribentium non videatur invexisse, in nonnullis libris reperiantur, aut saltem in margine com-memorentur³. Hujusmodi sunt ἄριστος pro δίκαιος Theb. 588. ἀντηρέτας pro ἀντιστάτας Theb. 512. τόπῳ pro πάγῳ Prom. 20. τύχης pro τέχνης ib. 87. ὁδύρομαι pro αἰσχύ-νομαι ib. 660. ἀναρχον pro ἀνανδρον Pers. 300. ἐξημείψατο pro ἀντημείψατο Prom. 231. λόγους pro λιτὰς Theb. 622. λόγῳ pro χρόνῳ Pers. 709. εὐθετον pro εὐκυκλον Theb. 639. διδάσκαλος pro κατήγορος Theb. 434. Alia ex grammatis corum glossis sive commentariis interlinearibus inventa germanam vocem expulerunt; unde factum est ut futu-lissimæ lectiones ἐφεζομένη pro ἐφημένῃ Eum. 424. τυ-ράννων pro κοιράνων Ag. 532. δίκας pro καὶ χερὶ ib. 111. τυραννοῦντ' pro κοιρανοῦντ' Prom. 979. ἀνίαισι pro αἰκίαισι ib. 93. τᾶριστα pro τὰ λῶστα ib. 212. λόγῳ pro μύθῳ ib. 513. δόμους pro γενεὰν Theb. 943. φύλῳ pro γένει ib. 175. hodie compareant, quæ quia metrum plerumque pessumdent, fieri vix potest quin casu vel negligentia potius quam ex corrigendi studio intrusa sint. Interdum

² Vide Schol. ad Arist. Nubb. 1367.

³ Exemplo esse potest locus laudatissimus Theb. 588—90. ubi insigniter variatur in δίκαιος pro ἄριστος, αὐλακα pro ἄλοκα, ἀφ' ἡς pro ἐξ ἡς. Ita ψυχῆς pro ὥργης Prom. 386.

etiam et verba (ut Theb. 718. 877.) et versus irrepserunt, qui tamen plerumque acri animorum intentione a genuinis dignosci possunt. Plures ego hujusmodi in mea editione ejiciendos indicavi: Suppl. 190. 303. (addendus erat v. 442.) Prom. 854. Cho. 62. 573. 959. Eum. 811. Pers. 322—4. ib. 331—2. Theb. 264—6. ib. 682. 801.

Et hæc quidem hactenus. Sed in diversis verborum formis et dialectis potissimum inter se discrepare solent librarii, qui nunc *ā̄ε̄i* (Prom. 26.) nunc *aīε̄i* (ib. 42.) exhibent; qui *μιν* et *νιν*, *-ης* et *-as*, *-ησι* et *-αισι*, *-ην* et *-αν*, confundunt; qui Epica cum Atticis, Attica cum Ionicis et Doricis frequentissime permiscent. Quæ quidem varietates plerumque omnium difficillimæ sunt, in quibus hodie versetur criticorum sagacitas; siquidem minima, vel potius nulla est in his rebus librorum auctoritas, cum satis constet non ex ultima eas antiquitate servatas esse, sed ex libreriorum vel grammaticorum sive licentia sive arbitrio profluxisse.

Itaque hoc equidem persuasum habeo, permulta loca rectius quam in MSS. leguntur daturos fuisse quosdam editores, si veteris Atticismi proprietates et metrorum rationes satis accurate perpensas habuissent; quas nunc vel paullo incuriosius percurrentes, vel saltem laxissime interpretantes, et cæco codicum suorum amore abrepti, permulta in libris suis reliquerunt, quæ accuratior harum rerum intelligentia stare non posse demonstravisset.

Ceterum communis doctorum virorum opinio fuit, propensiorem in Ionicam sive potius Epicam dialectum fuisse Aeschylum, apertum illum Homeri imitatem, et antiquioris linguæ acerrimum sectatorem. De qua re quoniam hodieque maxima lis est inter criticos, Epica nunc cum Dindorfio ejicientes, nunc sedulo etiam ex paucioribus libris cum Wellauero reponentes, breviter de hac quæstione nobis

disputare licebit, si forte certum aliquid ex diversissimis sententiis reperire possimus.

Duo erant potissimum librariorum genera, sive potius duæ scholæ, quorum altera Homerica lectione imbuta Epicorum propria senioribus poetis infercire non dubitabat, altera Atticæ dictionis amantissima Epicas formas tantum non barbaras esse putabat, et summo ubique cum studio ad vulgarem Atticismum mutando accommodabat. Hos igitur *Atticistas*, illos *Hellenistas* vocemus. Factum autem esse videtur, quantum hodie judicare possumus ex vestigiis variarum lectionum apud codices repertarum, ut senioribus demum sæculis librarii, utra forma verior esset non dijudicantes, ex suo arbitrio nunc hanc, nunc illam prætulerint; Doricas autem terminationes præcipue ex melicis expulerint, utpote nec Epicæ nec Atticæ orationi satis convenientes. Jam semper in codicis alicujus auctoritate æstimanda, sicubi de incerta lectione disceptatur, illud primum observandum est, utrorum ex officina librariorum exivisse putandus sit: si enim transcripsit Hellenista, eo cautius agendum erit, ne temere omnes quos exhibeat Hellenismos amplectamur. Jam si ἔδρης Prom. 209. πολεύμεναι v. 663. Ἰναχείης v. 606. ὀλιγοδρανίην v. 557. ἀμπλακίης v. 574. γαυμφηλῆσι v. 363. ac plura ejus generis in quovis libro constanter scripta reperias, fortasse haud inepte putas veris eas formas inde ab ipsius poetæ temporibus religiose ex optimo archetypo servatas esse; quasi Ionicæ dictionis amator Æschylus vel senariis suis indulserit licentiam, quam reliqui Tragici sibi minus concessam habuerint. Sed magis dubia statim visa est ejusdem codicis auctoritas, si ἐλεεινὸς in v. 254. plane contra metri leges exhibeat; ea enim scriptura fidem facit, reliquos etiam Ionismos non ex Æschyllo descendisse, nec temere pro genuinis esse admittendos. Eaque dubitatio vehementius animum subit, si

has ipsas voces Attice inflexas in alio codice inveneris, alias autem hic Ionice, quæ ibi Attice scriptæ exstabant. Non nego quidem, subtiliorem videri quæstionem, si insolentem formam unanimi consensu tueantur codices, ut Doricam γαθούση in senario Cho. 759. quæ fieri sane possit ut genuina sit; sed ne hoc quidem pro certo habendum; et talia apposito obelo potius notaverim, quam aut contra omnes libros correxerim, aut ut plane vera lectori commendare velim.

Epicas verborum formas dilexisse Æschylum, et plurima etiam ex ipso Homero in suos usus convertisse, notissimum est. Hoc enim ejus studium nulla librorum discrepantia deleri potuit. Hujusmodi licentiæ (quæ saltem licentia in Attico poeta habenda sit) quædam exempla operæ pretium erit adduxisse. Ac nonnullorum verborum scripturam, ut αἰεὶ, αἰετὸς, ἐλαία, quæ severior Atticorum oratio ἀεὶ, ἀετὸς, ἐλάία efferebat, uti nunc ex antiquis Marmoribus satis compertum est, in medio relinquentes alia paullo diversi generis excitemus, quæ a vulgari Atticorum poetarum sermone paullo longius discedunt.

I. Epica: ὄμοιταν (sic enim ex metri indicio certissime restituit Klausenius, cum ex libris delevissent Atticistæ) Suppl. 430. τοὶ pro ἔκεῖνοι Pers. 426. ἐγὼν Pers. 915. βελέεσσιν ib. 1003. ἔσσεται ib. 124. οἴω pro οἴομαι Prom. 196. τεοῖσι ib. 168. τεὰν Theb. 102. κελαινὸς passim; πάγχυ Theb. 638. ὕμμε Eum. 590. ἄμμι Theb. 144. πέπεισθι ib. 569. Ἀρης prima producta passim; (vide ad Theb. 125. Hom. Il. III. 128.) νέφεσσι Suppl. 760. (postulante metro); μερόπεσσι ib. 84. φυγάδεσσι ib. 1026. διπλάκεσσι Pers. 279. omissum sæpe augmentum, de quo vide ad Pers. 315. articulus et pro relativo, Theb. 37. Suppl. 515. et pro οὐτος vel potius ἔκεῖνος usurpatus, Ag. 7. Suppl. 433. 1032. Eum. 132. Theb. 380. 974. ἔσκεν pro

ἢν Pers. 658. κλαίεσκον pro ἔκλαιον Frag. 285. ὅστε pro ὁς, πρωτὶ Theb. 337. κεν Cho. 582. si recte ego eum locum interpretatus sum; ἵσον pro ἵσον Frag. 200. et haud semel in compositis. κατέκτα Frag. 208. ἀσαι pro βλάψαι Frag. 420. (Cf. Od. xi. 61.) ἔθεν Suppl. 64. πολεῖ pro πολλῷ ibid. 725. πτόλις et πτόλεμος Suppl. 77. ποτὶ πτόλιν Eum. 79. οὐλομένας Prom. 405. ἀπαράμυθον Prom. 193. ἀθάνατον Frag. 178. κραδία Prom. 900. πὰρ pro παρὰ Eum. 220. et in compositis, ut πάρβατος, παρβαίνω. Αορίστα κτάμενος et χύμενος Cho. 793. Eum. 253. εύρυπόροι Pers. 111. ποταμοῖο ib. 860. κāλὸς Frag. 308. ἐνθα pro ἐνταῦθα Suppl. 33. πόντονδε ib.

II. Ionica: ἐκτημέναι Prom. 814. Ἀτῶς ib. 158. ὑπεριοχον ib. 436. (sed dubia lectio) ἔξεκείνωσεν Pers. 757. ἐποδώκει pro ἐφωδώκει ib. 658. μουνῶπα Prom. 823. νούσων Suppl. 666. λελημένης Ag. 849. εἰσοιχνεῦσιν Prom. 122. πωλεύμεναι ib. 663. θρεῦμαι Theb. 78. στεῦνται Pers. 49. παιῶν pro παιᾶν Cho. 335. Ag. 1219. παιωνίζειν Theb. 257. præcipue autem hoc cernitur in solutis syllabis, προοίμιον pro φροίμιον Prom. 741. ἀπρόοπτον ib. 1095. ρέεθρον Pers. 499. ποθέονται ib. 544. τρομέονται ib. 64. καλέω Ag. 144. Τρωίας ib. 132. διπλόοι Frag. 30. διάπλοον Pers. 384. τέλεα pro τέλη Suppl. 115. et fortasse (licet per synizesin pronuntiandum,) πορφυρέα Pers. 319. κυάνεον ib. 83. Sic Τηρεῖας Suppl. 58. εὐρέῖος ib. 849. Ἀτρεῖδας Ag. 122. ἄρεῖων Theb. 114. ἄιστος, ἀεικῆς, ἀεκόντων pro ἀκόντων Suppl. 39. νόον pro νοῦν Prom. 169. ἐπιβώντων Suppl. 674. ἐπιβῶ Pers. 1033. ἐχθαιροίατο Suppl. 734. διδοῖ pro διδώσι ib. 987. ἐκσωζοίατο Pers. 453. δεδόκηκεν pro δέδοκται Eum. 299. κοεῖν et κοννεῖν Suppl. 110. 154. (si recte emendavimus.) πολιήταις Pers. 557.

III. Aëlica: πεδάρσιοι Prom. 277. 729. πεδαίχμιοι Cho.

587. πεδάμεροι ibid. πεδοίκου χελιδόνος Frag. 45. ὄράνιος Suppl. 787. (quam formam et hic et CEd. Col. 1466. restituit Dindorfius, postulante metro; confer βόλομαι pro βούλομαι Od. xvi. 387. ἐβολλόμαν Theocr. xxx. pro ἐβούλόμην.) κάρχα pro καρδία idem ex conjectura, sed audaciōri quidem illa, Theb. 277. et Suppl. 68. ἐπίπφορος, ut mihi scribendum videtur propter metrum, quod nullo alio modo sanari potest, Cho. 797. Eum. 354. collato αἰόλον ὅπφιν Hom. Il. xii. 208. πιπφαύσκων x. 502. σφετεριξάμενος Suppl. 38. δίφυος pro διφυής Ag. 1444. corrigente Hermanno. κακκυνηγέτις pro κατακυνηγέτις Eum. 222. modo vera lectio.

IV. Dorica: γαθούσῃ Cho. 759. πέδοι, ἀρμοῖ, Prom. 633. καρανιστὴρ Eum. 177. καρανοῦται Cho. 519. Παρνασσοῦ (ut quidam volunt) Eum. 11. Παρνασίδα Cho. 554. εὐνάτειρα Pers. 159. confer v. 161. μάσσων pro μακρότερος Prom. 650. πῶ Ag. 1484. μακιστὴρ a μήκιστος Pers. 694. Suppl. 460. Μάκιστος Ag. 280. βαλὸν Cho. 562. δᾶς pro δῆιος passim; αὐτόθακτος Frag. 360. δᾶ pro γῆ Eum. 836. δᾶπεδον Prom. 845. Cho. 784. μᾶ pro μῆτερ Suppl. 830. λοχαγέτης, ἐβδομαγέτης, γάμορος, γάποτος, γάπονος, Αθάρα, quæ Atticis satis usitata sunt. Nec omittendum est, pluribus in locis, etiam in senariis versibus, Doricas formas in quibusdam libris, præsertim in ed. Aldina, hodie extare, quarum exempla longius fuerit exscribere.

Videbis, Lector, haud pauca eorum quæ modo apposuimus, ex virorum doctorum conjectura jam Aeschylus esse restituta, cum e codd. MSS. ab Atticistis fuissent deleta: id quod cavendum esse docet, ne propter metrorum incuriam vel ignorantiam corrupta pro genuinis tueamur.

Ionica scripsisse Aeschylum, Atticorum scriptorum prope vetustissimum, inde colligere liceret, vel si ejus poetæ reliquias non haberemus, quod antiquissima Atti-

corum lingua plane cum Ionica dialecto congruebat¹. Idem etiam diserte testari videtur Athenæus, XIII. p. 573. b. (Vide Frag. 311.) Ἰωνικὴν τινα ῥῆσιν ἔκτείνας κατὰ τὸν Αἰσχύλον, quæ sive ipsius poetæ verba sunt

'Ιωνικὴν ῥῆσίν τιν' ἔκτείνας,

sive Athenæi, non aliter interpretari licet, quam Ionica dialecto usum esse poetam. Nec illud ingratum fuisse Atheniensibus, ipsis Ionica gente oriundis, facile credendum est. Nam et ipsi non pauca ex Ionica lingua adservarunt, ut ξεῖνος, μοῦνος, etc. et futura verborum tempora δοκήσω pro δόξω, τυπτήσω pro τύψω, παιήσω, βαλλήσω, κλαιήσω, et satis familiarem in quotidiano sermone fuisse hanc dialectum admodum probabile est. Sic apud Arist. Pac. 45. homo in theatro sedens Ionice loquitur :

κἄτ' αὐτῷ γ' ἀνὴρ
'Ιωνικός τίς φησι παρακαθήμενος,
Δοκέω μὲν, εἰς Κλέωνα τοῦτ' αἰνίσσεται,
ώς κεῖνος ἀναιδέως σπατῖλην ἐσθίει.

Itaque magna inter veterem Atticam et Epicam sive Ionicam dialectum intercessit affinitas. In multis etiam voculis nunc hanc, nunc illam formam usurpabant, ut in una eademque Inscriptione σὸν et ξὸν reperiuntur². Quod autem ad contrahendas syllabas attinet, manifestum est, synizesin antiquorem fuisse quam crasin vel contractionem, ut apud Homerum φοινικόεντι pronuntiabatur quidem, etsi non scribitur, φοινικούντι, ἕαρι πολεῖν valet ἦρι πολεῖν Hes. Opp. 462. Difficile est dicere, quo tempore hic scribendis primum invaluerit, ut nesciamus annō recte κνάνεον et πορφυρέα Pers. 83. 319. pro κνάνουν et πορφυρᾶ exhi-

¹ Blomf. ad Prom. 122. in Glossario.

² Vide Rose, Inscript. Græc. p. 123. et Prolegg. xlviij.

beant libri¹. Articulus cum nomine primum coaluisse videtur, ut TANTPON pro TO ANTPON Inscriptio apud *Athens and Attica*, p. 203. TOPMOKPATEΟΣ pro TOY ἘΡΜΟΚΡΑΤΟΥΣ Inscriptio Sigea apud ROSE, p. 1. ΗΑΔΕΛΦΟΙ pro *οι ἀδελφοί* ibid p. 13.

Medius igitur quodammodo inter Epicos, et Atticos tragœdiæ scriptores, lingua utebatur *Æschylus* ex utroque genere liberius temperata: unde materiam et argumentum habebant et Hellenistæ et Atticistæ, quo poetæ verba ad suam uterque sententiam depravarent. Vestigia hujus mutationis passim in libris reperiuntur. Sic ab Hellenistis profecta videntur ἐλεεινὸς Prom. 254. θῶκος fortasse pro θᾶκος ib. 850. ἔδρης ib. 209. ἑκατογκάρηνος 361. (confer Hesiod. Theog. 312.) παρήορος pro παράορος, quod servavit Mediceus, ib. 371. νῆος pro ναὸς Theb. 62. νῆιοι Suppl. 699. πρηγμάτων Cho. 238. Ἀρεος pro Ἀρεως Theb. 64. et sexcenta id genus. Contra autem nonnulla sunt quæ par ratione Atticistis deberi multo etiam manifestius est. Hujusmodi sunt συμπράττειν ib. 302. πυρρὰν Pers. 302. ἄττα Prom. 1092. πόλεως pro πόλεος Theb. 167. Ple risque etiam in locis dativus in -εσσι ab Atticistis deletus est, etsi nobis hodie satis certo indicio fuit metrum ubi is restituendus sit, e. g. Suppl. 760. 1026. Pers. 1003. τείχεσσι autem libri habent Cho. 356. ubi metrum τείχεσι desiderat, et similiter in pluribus locis peccatur.

Quæ quum ita se habeant, nec a certis librorum testi moniis quæstio ad liquidum perduci posse videatur, magnopere in eo laboramus, rectene an secus factum sit, quod

¹ *Synizesin* permulta patiuntur verba, quorum ea natura est, ut *contrahi* non possint, ut apud Atticos θεος, νεος, καρδια, πολεως etc. Sic Hom. Od. ix. 283. νέα μὲν μοι κατέαξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων. Hes. Opp. 5. ρέα μὲν γὰρ βριάει, ρέα δὲ βριάοντα χαλέπτει. Postea vero, ubique in que id fieri potuit, duas syllabas in unam cogebant Attici, ut ἡρι pro ἡερι scribendo.

plerumque Ionicum γινώσκω, γίνομαι, συμφορὰ pro ξυμφορὰ, et similia, -ησι pro -αισι, γνώση pro γνώσει, etc. in libris scripta reperiantur. Redegerunt quidem hæc omnia editores ad severas vetustioris Atticimi asperitates; sed interdum non sine quadam duritie, quam vulgata scriptura evitare potuit. Quid enim statuamus de Cho. 208?

ΗΛ. καὶ τίνα σύνοισθά μοι καλουμένη βροτῶν;

ΟΡ. σύνοιδ' Ὁρέστην πολλά σ' ἐκπαγλουμένην.

Num altero versu σύνοισθα ob metrum stare sinamus, altero ξύνοιδ' scribamus? Ita quidem Pors. Blomf. Dind. contra libros; sed paullo accuratius quod ad responsum se habet σύνοιδ'. Utramque literam adhibuisse poetam certum est ex metri indicio, ut ὁ ξυναμπέχεις Prom. 529. sed ἵσθι συναλγῶ ib. 296. Utramque etiam Atticos sine ullo discrimine adhibuisse ex vett. Marmoribus compertum est.

Profecto difficillimum est, cum poetas scenicos ex Alexandrinorum grammaticorum recensione castigatos hodie habeamus², ipsius Aeschyle manum, remota malæ istius industriaæ nebula, a posteriorum additamentis dignoscere ac vindicare. Si enim casu aliquo, et dextro Hercule, marmor nostris temporibus effossum integrum Aeschyle fabulam, vivente ipso exarata, exhiberet, fortasse satis largam ridendi materiem haberemus, cum plane intellecta esset nostrorum librorum depravatio, nostrorum etiam hominum hallucinatio. Plurima etiam, ut opinari licet, nostris lexicis addenda essent vocabula. Quid enim, si duce metro, aut vett. grammaticorum aliquo indicante, pauca etiam nunc reducere potuimus, qualia sunt ἀφνίδιοι Prom. 698. ποτάνιοι Theb. 228. δοκαὶ (pro δόξαι) Ag.

² Vide Blomf. Praef. ad Sept. Cont. Theb. p. x.

411. *λάπη* Eum. 365. *πυκήεις* Cho. 378. *μελλω* Ag. 1327. *λέχαος* Theb. 281? Lateant necesse est plurima ejusdem generis; plures etiam versos omissos supplere, interpolatos ejicere, possemus, per quos adeo incerta nobis fit nobilissimorum carminum interpretatio. Nonnulla denique læti inveniremus, quæ a vett. scriptoribus ex Æschyli fabulis hodie exstantibus memorata, nusquam tamen in iis leguntur¹.

Tironibus fortasse utile fuerit indicavisse rationem scribendi, ab hodierna diversissimam, qua ipsa Æschyli verba primo edita sunt. Ita igitur secundum veterum Inscriptionum fidem initium hujus fabulæ exprimendum putamus, ipsarum tamen literarum formis, et verborum intervallis aliter atque olim constitutis.

ΧΘΟΝΟΣ ΜΕΝ ΕΣ ΤΕΛΟΡΟΝ ΗΕΚΑΜΕΝ ΠΕΔΟΝ
ΣΚΥΘΕΝ ΕΣ ΟΙΜΟΝ ΑΒΑΤΟΝ ΕΙΣ ΕΡΕΜΙΑΝ :
ΗΕΦΑΙΣΤΕ ΣΟΙ ΔΕ ΧΡΕΙ ΜΕΛΕΙΝ ΕΠΙΣΤΟΛΑΣ
ΗΑΣ ΣΟΙ ΠΑΤΕΡ ΕΦΕΙΤΟ : ΤΟΝΔΕ ΠΡΟΣ ΠΕΤΡΑΙΣ
ΗΥΦΣΕΛΟΚΡΕΜΝΟΙΣ ΤΟΝ ΛΕΟΡΓΟΝ ΟΧΜΑΣΑΙ
ΑΔΑΜΑΝΤΙΝΟΝ ΔΕΣΜΟΝ ΕΝ ΑΡΕΚΤΟΙΣ ΠΕΔΑΙΣ.

Rursus, vv. 751—757.

ΕΣΤΑΙ ΔΕ ΘΝΕΤΟΙΣ ΕΙΣ ΑΕΙ ΛΟΓΟΣ ΜΕΓΑΣ
ΤΕΣ ΣΕΣ ΠΟΡΕΙΑΣ : ΒΟΣΠΟΡΟΣ Δ ΕΠΟΝΥΜΟΣ
ΚΕΚΛΕΣΕΤΑΙ : ΛΙΠΟΣΑ Δ ΕΥΡΟΠΕΣ ΠΕΔΟΝ
ΕΠΕΙΡΟΝ ΗΕΧΣΕΙΣ ΑΣΙΔ : ΑΡ ΗΥΜΙΝ ΔΟΚΕΙ
ΗΟ ΤΟΝ ΘΕΟΝ ΤΥΡΑΝΝΟΣ ΕΣ ΤΑ ΠΑΝΘ ΗΟΜΟΣ
ΒΙΑΙΟΣ ΕΙΝΑΙ : ΤΕΙΔΕ ΓΑΡ ΘΝΕΤΕΙ ΘΕΟΣ
ΧΡΕΙΔΟΝ ΜΙΓΕΝΑΙ ΤΑΣΔ ΕΠΕΡΙΦΣΕΝ ΠΛΑΝΑΣ :

¹ Vide Blomf. Præf. ad Pers. p. xxxi. Nos in Præf. ad Suppl. p. ix. et ad Prom. v. 810.

Ibid. vv. 174 seqq.

Ε ΜΕΝ ΕΤ ΕΜΟ ΚΑΙΠΕΡ ΚΡΑΤΕΡΑΙΣ
ΕΓ² ΓΥΟΠΕΔΑΙΣ ΑΙΚΙΞΟΜΕΝΟ
ΧΡΕΙΑΝ ΗΕΧΣΕΙ ΜΑΚΑΡΟΜ³ ΠΡΥΤΑΝΙΣ
ΔΕΙΧΣΑΙ ΤΟ ΝΕΟΜ³ ΒΟΥΛΕΥΜ ΗΥΦ ΗΟΤΟ
ΣΚΕΠΤΡΟΝ ΤΙΜΑΣ Τ ΑΠΟΣΥΛΑΤΑΙ:
ΚΑΙ Μ ΟΥΤΙ ΜΕΛΙΓΛΟΣΣΟΙΣ ΠΕΙΘΟΣ
ΕΠΑΟΙΔΑΙΣΙΝ ΘΕΛΧΣΕΙ : ΣΤΕΡΕΑΣ Τ
ΟΥΠΟΤ ΑΠΕΙΔΑΣ ΠΤΕΧΣΑΣ ΤΟΔ ΕΓΟ
ΚΑΤΑΜΕΝΥΣΟ ΠΡΙΝ ΑΝ ΕΧΣ ΑΓΡΙΟΝ
ΔΕΣΜΟΝ ΧΑΛΑΣΕΙ ΠΟΙΝΑΣ ΤΕ ΤΙΝΕΙΝ
ΤΕΣΔ ΑΙΚΙΑΣ ΕΘΕΛΕΣΕΙ.

Manifestum est igitur, seniorum arbitrio factum esse, ut vel πέδω vel πέδοι, γαμφηλῆσι, vel γαμφηλαῖσι, γνώσῃ vel γνώσει, scriberent, et nihil omnino probare nostrorum librorum auctoritatem, ubi de hisce rebus habeatur quæstio. Nam non nisi unam eandemque terminationem Æschyli temporibus noverunt hæ voces. Idem de στυγὸς et στύγους Cho. 523. ἡνιοστροφῶ et ἡνιοστρόφου ib. 1011. αἰδεσθεὶς et αἰδεσθῆ Ag. 910. et permultis aliis locis, hodie in suspicionem propter diversitatem scripturæ vocatis, dicendum est. Sic ἐράμεθα et ἐρούμεθα Ag. 1631. αἴματώμεθα et ἡματώμεθα ib. 1634. αἰτούμεσθα et ἡτούμεσθα Prom. 840. ἐπεύρω et ἐπηγύρου, ib. 28, nulla scripturæ diversitate olim inter se distingui potuerunt.

Quædam autem loca si ex Homero adumbravit Æschylus, interdum etiam ipsissima poetæ verba mutuatus esse

² Rose, Inscript. Græc. p. xlivi.

³ Ibid. p. xlvi. Hinc perantiqua videtur lectio in uno cod. memoria, Prom. 450. τ' ἀμβροτοῖς pro τὰν βροτοῖς, i. e. ΤΑΜ ΒΡΟΤΟΙΣ, et ἐμβροτοῖς pro ἐν βροτοῖς Cho. 52. Contra ἐμπύροισι in ἐν πυροῖς corruptum Cho. 476. Sed ξὺν πολίταις in ξυμπολίταις Theb. 601. Ex eadem causa excidit ἐν Cho. 935. ubi ἔθιγε δὲ μάχα ex ἔθιγε δ' ἐμμάχα, pro ἐν μάχᾳ, depravatum est.

videtur, quasi epicum colorem carminibus suis obducere voluerit. Sic εἰσοιχνεῦσιν Prom. 122. ex Od. I. 120. πωλεύμεναι ib. 663. βροτολοιγὸς Ἀρης Suppl. 651. νυκτὸς ἀμολγὸν Frag. 64. Αἴδη προϊάψαι Theb. 310. et vide plura in Præfatione ad Supplices, p. xii. Saepius autem respexit quidem, sed non plane imitatus est Homerum; quod ictus circa tenendum est, quia ad interpretationem potius quam ad orthographiam spectat. Sic (ut ex una tantum fabula exempla capiamus) versus paullo obscurior de Aquilæ pululis apud Cho. 242,

οὐ γάρ ἐντελῆς

θήραν πατρώαν προσφέρειν σκηνήμασιν,

ex Hom. Il. XII. 219. leviter immutatus esse videtur:

αἰετὸς ὑψιπέτης ἐπ' ἀριστερὰ λαὸν ἔέργων,

φουνήντα δράκοντα φέρων ὄνύχεσσι πέλωρον,

ζωόν· ἄφαρ δὲ ἄφέηκε, πάρος φίλα οἰκιὶ ἵκεσθαι,

οὐδὲ ἐτέλεσσε φέρων δόμεναι τεκέεσσιν ἐοῖσιν.

unde vertendum esse appareat: *neque enim prædam (sc. serpentem) a patre captam et omissam ad nidum usque perferre potuit*, i.e. ἐτέλεσε προσφέρων. Similiter Cho. 337.

εἰ γάρ οὐ πέποιθας—κατηναρίσθης.

λιπὼν ἀν εὔκλειαν ἐν δόμοισιν

τέκνων τέ ἐν κελεύθοις

ἐπιστρεπτον αἰῶνα κτίσας,

πολύχωστον ἀν εἰχες

τάφον διαποντίου γᾶς,

δώμασιν εὐφόρητον.

ex Od. I. 237—40. sumptum esse patet:

ἐπεὶ οὐ κε θανόντι περ ἀδὲ ἀκαχοίμην,

εἰ μετὰ οἷς ἐτάροισι δάμη Τρώων ἐνὶ δήμῳ,

ηὲ φίλων ἐν χερσὶν, ἐπεὶ πόλεμον τολύπευσεν.

τῷ κεν οἱ τύμβον μὲν ἐποίησαν Πανάχαιοι,

ἡδὲ κε καὶ ὦ παιδὶ μέγα κλέος ἥρατ' ὀπίσσω.

Ibid. v. 864.

γυναικείους πύλας
μοχλοῖς χαλάτε, καὶ μάλ' ἡβῶντος δὲ δεῖ,
ex Od. xxiii. 187. profluxit :

ἀνδρῶν δ' οὐ κέν τις ζωὸς βροτὸς, οὐδὲ μάλ' ἡβῶν,
ῥεῖα μετοχλήσιεν.

Fortasse etiam v. 495.

οὗτω γὰρ οὐ τέθυηκας, οὐδέ περ θανών.
παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνος σωτῆριοι
θανόντι,

ex Od. xxiv. 93. petitum est :

ὡς σὺ μὲν οὐδὲ θανὼν ὄνομ' ᾔλεσας, ἀλλά τοι αἰεὶ¹
πάντας ἐπ' ἀνθρώπους κλέος ἔσσεται ἐσθλὸν, Ἀχιλλεῦ.

Fabulam de Iūs erroribus summo cum ingenio nuper explicavit Vir Doctus W. H. SCOTT, in *Classical Journal*, xii. p. 157—169. Cujus rationes brevi narratione hic percurrisse studiosis nostræ tragœdiæ lectoribus non inutile fuerit.

Itaque perspexit Vir sagacissimus, sub Iūs persona ejusque laborioso itinere magnam aliquam et perantiquam latere gentis immigrationem. Quod Io ex Argis usque ad Caucasum pervenerit, id mutatis peregrinationis finibus de populo a Caucaso ad Argos proficiscente interpretandum esse, secundum analogiam quam primus indicaverit Niebuhrius (*Hist. Rom.* i. p. 40.) Pelasgos autem olim ab India ad Caucasum permeavisse, atque inde demum in Græciam pervenisse. Et Ionas et Argivos a Pelasgis oriundos esse: Io communem cum Demetri, sive Matre Terra, habere potentiam; utramque enim sub Lunæ nomine coli solitam (*Suidas* in v. Ἰώ, *Virg. Georg.* i. 5.) Quod vero Demeter et Iasion matrimonium conjunxisse ferantur, (*Hom. Od.* v. 125.), hoc ita intelligendum, Io

et Iasionem, sicut Dianum et Dianam, Hecatum et Hecatam, veteribus Pelasgis fuisse marem et foeminam Terræ deos. Etenim ipsum nomen *Io* ab antiquo verbo *'ia*, id est, *aīa*, *terra*, deductum videri, unde *'iov*, *viola*; *iā* etiam cerni in Hesychii *'Iāλκα* αὐλακα. *'Iωρος* τὸ ὄρεινὸν χωρίον. [Potuit etiam hoc referre *'Ia-ωλκὸν*, Jasonis patriam, A'σονα, Jasonis patrem, Αἰγάτην Colchorum Regem.] *Argos* Pelasgorum lingua significare πέδον, campum, [quod sane nihil aliud est quam ἀγρὸς, transpositis literis; unde etiam Argus est γηγενῆς.] Homericum epitheton *"Ιασον"* Αργος hinc explicandum. Jam quod *Io* Ήρας, sc. Junonis sacerdos fuerit, id revera eandem Deam esse quam Ήραν significare. [Hoc nomen ab ἔρα, Lat. *terra*, et *hera*, i. e. domina, deductum esse per se patet.] Itaque *Io*, *Hera*, *Demeter*; *Jason*, *Iasion*; *Argos*, *Argum* τὸν πανόπτην, et navim *Argo*; hæc omnia paullo diversa esse ejusdem fabulæ nomina. Etiam *Medeam* Junonem esse, quæ Jasonem periculo exemerit, [i. e. Μήδειαν, τὴν μηδομένην θεὸν, vide GROTE, Hist. Græc. I. p. 165.]

Quod denique *Io* in vaccam mutata sit, quodque simili ratione βοῶπις Ήρα ex antiquissima Argivorum traditione ab Homero dicta sit, utrumque inde explicandum, quod inter βοῦς et γῆ veteribus Græcis mira quædam exstiterit cognatio, quam cerni in βώλαξ, βώλος, i. e. βούλαξ, et βονής, (*New Cratylus*, p. 569.) et in particulis intendentibus βον, δα, ερι, et αρι, (βούπαις, ἐριβώλαξ, collato Ἐριχθόνιος, et ἀριδείκετος).

An *Janus*, *Dianus*, *Diana*, Sol sc. et Luna, cognatum aliquod cum *iaίνω*, *calfacio*, et cum rariore vocabulo *láνων* pro *'Ιώνων* Pers. 929. habeant, ex his disputatis judicent doctiores.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ ΔΕΣΜΩΤΟΥ.

ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ ἐν Σκυθίᾳ δεδεμένου διὰ τὸ κεκλοφέναι τὸ πῦρ, πυνθάνεται Ἰὼ πλανωμένη, ὅτι, κατ' Αἴγυπτον γενομένη, ἐκ τῆς ἐπαφήσεως τοῦ Διὸς τέξεται τὸν "Ἐπαφον". Ἐρμῆς δὲ παράγεται ἀπειλῶν αὐτῷ κεραυνωθήσεσθαι, εἰν μὴ ἔπη τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι τῷ Διὶ, προέλεγε γάρ ὁ Προμηθεὺς ὡς ἔξωσθήσεται ὁ Ζεὺς τῆς ἀρχῆς ὑπὸ τυνος οἰκείου νιοῦ. τέλος δὲ βροντῆς γενομένης ἀφανῆς ὁ Προμηθεὺς γίνεται.

Κεῖται δὲ ἡ μυθοποία ἐν παρεκβάσει παρὰ Σοφοκλεῖ Κυλχίσι· παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ὅλως οὐ κεῖται. ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Σκυθίᾳ, ἐπὶ τὸ Καυκάσιον. ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ὁκεανίδων νυμφῶν. τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτοῦ ἔστι, Προμηθέως δέσις.

'Ιστέον δὲ ὅτι οὐ κατὰ τὸν κοινὸν λόγον ἐν Καυκάσῳ φησὶ δεδέσθαι τὸν Προμηθέα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς Εὐρωπαίοις μέρεσι τοῦ Ὁκεανοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν Ἰὼ λεγομένων ἔξεστι συμβαλεῖν.

ΑΛΛΩΣ.

Προμηθέως ἐκ Διὸς κεκλοφότος τὸ πῦρ καὶ δεδικούτος ἀνθρώποις, δὶς οὖν τέχνας πάσας ἄνθρωποι εὑροντο, ὁργισθεὶς ὁ Ζεὺς παραδίδωσιν αὐτὸν Κράτει καὶ Βίᾳ τοῖς αὐτοῦ ὑπηρέταις, καὶ Ἡφαίστῳ, ὡς ἀναγαγόντες πρὸς τὸ Καυκάσιον ὅρος, δεσμοῖσι σιδηροῖς αὐτὸν ἐκεὶ προσηλώσαιεν. οὗ γενομένου παραγίνονται πᾶσαι αἱ Ὁκεαναῖαι νύμφαι πρὸς παραμυθίαν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὁ Ὁκεανὸς, ὃς δὴ καὶ λέγει τῷ Προμηθεῖ, ἵνα ἀπελθὼν πρὸς τὸν Δία, δεήσεσι καὶ λιταῖς πείσῃ αὐτὸν ἐκλῦσαι τοῦ δεσμοῦ Προμηθέα· καὶ Προμηθεὺς οὐκ ἔφη, τὸ τοῦ Διὸς εἰδὼς ἄκαμπτον καὶ θρασύ. καὶ ἀναχωρήσαντος τοῦ Ὁκεανοῦ, παραγίνεται Ἰὼ πλανωμένη, ἡ τοῦ Ἰνάχου, καὶ μανθάνει παρ' αὐτοῦ ἢ τε πέπισθε καὶ ἢ πείσεται, καὶ ὅτι τὶς τῶν αὐτῆς ἀπογόνων λύσει αὐτὸν, ὃς ἦν ὁ Διὸς Ἡρακλῆς· καὶ ὅτι ἐκ τῆς ἐπαφήσεως τοῦ Διὸς τέξει τὸν "Ἐπαφον". θρασυστομοῦντι δὲ Προμηθεῖ κατὰ Διὸς, ὡς ἐκπεσεῖται τῆς ἀρχῆς ὑφ' οὐδὲ τέξεται παιδὸς, καὶ ἄλλα βλάσφημα λέγοντι, παραγίνεται Ἐρμῆς, Διὸς πέμψαντος, ἀπειλῶν αὐτῷ κεραυνοῦν, εἰ μὴ τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι τῷ Διὶ ἔπη· καὶ μὴ βουλόμενον, βροντὴ καταρραγεῖσα αὐτὸν ἀφανίζει.

"Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Σκυθίᾳ, ἐπὶ τὸ Καυκάσιον ὅρος, ἡ δὲ ἐπιγραφὴ τούτου, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΚΡΑΤΟΣ.

ΒΙΑ.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ΧΟΡΟΣ ΩΚΕΑΝΙΔΩΝ ΝΥΜΦΩΝ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

ΙΩ Η ΙΝΑΧΟΥ.

ΕΡΜΗΣ.

“In Ed. Ald. recensentur etiam ΓΗ et ΗΡΑΚΛΗΣ, quæ personæ ad Promethea Solutum fortasse pertinebant.” BLOMFIELDIUS.

ΠΡΟΜΗΘΕΤΣ ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΚΡΑΤΟΣ.

Χεονος μὲν ἐσ τηλουρὸν ὥκομεν πέδον,
Σκύθην ἐσ οῖμον, † ἄβατον εἰσ ἐρημίαν.

1. ἐσ pro εἰς ex Suid. et Schol. Aristoph. reposuerunt Blomf. Dind.

2. Σκύθην, pro Σκυθικὸν, ut inf. v. 425. Σκύθης δμιλος. v. 828. ποταμὸς Αἰθίοψ. γυνὴ Αἰθίοψ Frag. 303. "Ελλην φάτις Ag. 1225. "Ελλην χθῶν pro Ἐλληνικὴ, et plura ejusdem generis, de quibus videndus ante alios Hermannus ad Iph. Taur. 334. Est autem ea regio ita appellata per anachronismum, sive πρόληψιν historiæ, cum postea ab Herculis filio Scytha (Herod. iv. 10.) nomen acceperit, quod notavit Stanleius.

Ibid. ἄβατον vel ἄβατόν τ' omnes Aeschyle libri. ἄβροτον Phavorinus, Eustathius, Schol. ad Hom. Il. Ξ. 78. et aliquot Suidæ codices in v. ἐριβρεμέτας. Sed quum frequentissima sit in hujusmodi vocibus literæ ρ interpolatio (vide ad Suppl. 283. Ag. 245.), facillime intelligitur causa variantis scripturæ; quare non major fides quatuor grammaticis tribuenda videtur, quam totidem Aeschyle codicibus. ἄβροτον tamen receperunt Pors. Blomf.

Dind., quod valeat, secundum Hesychium, ἀπάνθρωπον. Quæ tamen significatio longe diversa est ab Homericō sensu in νῦξ ἀβρότη, divina nox (vide Buttman. Lexil. in v. ἀμβρόσιος,) unde magis etiam dubium est an ἄβροτον aliter usurpaverit Aeschylus, Homeri imitator. Frustra autem colligit Burgesius ex Scholiastæ explicatione, ἵνα ἀπαραμύθητος εἴη ὁ Προμηθεὺς, διὰ τοῦτο εἰς ἔκείνους τόπους ἄγονοις—ἡ διὰ τὸ ἄγριον καὶ ἀπάνθρωπον τοῦ τόπου δτὶ δὲ τοιοῦτος ὁ τόπος ἡν δῆλον ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν ἄβατον εἰσ ἐρημίαν, legisse eum ἄβροτον: acute tamen ex optimorum librorum (Med. Rob.) lectione ἄβατόν τ' suspicatur veram scripturam esse ἄβροτόν τ' ἐρημίαν, cum magnopere offendat præpositio εἰς ter repetita. Nec tamen sensit Burgesius, cum Scholiastæ verba ὡς καὶ ὁ Σοφοκλῆς τὸ αὐτὸ περὶ Φιλοκτήτου λέγει (sc. βροτοῖς ἀστειπτος, v. 2.) ad ἄβροτον plane spectare putabat, ea revera multo aptius ad ἄβατον referri posse.— Ceterum hinc in proverbium abiit

"Ηφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς
αἱ σοι Πατὴρ ἐφεῖτο, τόνδε πρὸς πέτραις
ὑψηλὸκρήμνοις τὸν λεωργὸν ὄχμάσαι 5
ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρήκτοις πέδαις.
τὸ σὸν γὰρ ἄνθος παντέχνου πυρὸς σέλας
θυητοῖσι κλέψας ὥπασεν τοιᾶσδε τοι
ἀμαρτίας σφὲ δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην,
ὡς ἀν διδαχθῆ τὴν Διὸς τυραννίδα 10
στέργειν, φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου.

ΗΦ. Κράτος, Βία τε, σφῶν μὲν ἐντολὴ Διὸς

ἢ Σκυθῶν ἐρημία, Arist. Ach. 704.
unde τῇ λύχνων ἐρημίᾳ Av. 1484.

3. "Ηφαιστε, σοὶ δέ. Vide Pors.
ad Orest. 614.—ἐφεῖτο, *mandavit*.
Od. XIII. 7. ὑμέων δ' ἀνδρὶ ἐκάστῳ
ἐφιέμενος ταῦθε εἴρω. Ajac. 116.
τοῦτο σοὶ δ' ἐφιέμαι.—Πατὴρ, i.e.
Ζεὺς, cum majuscula litera scriben-
dum, ut inf. 17. 40.

5. ὑψηλοκρήμνοις. Vix putes
huc respxisse Aristophanem, Nub.
1366. κἄθ' οὐτος εὐθὺς εἶπεν, 'Εγὼ γὰρ
Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς,
ψόφου πλέων, ἀξύστατον, στόμφακα,
κρημνοποιόν; *egone credam?* etc.

Ibid. λεωργόν. Hoc est, ῥαδιοῦρ-
γον, πανοῦργον, κακοῦργον, ut recte
Hesychius, i.e. τὸν λείως καὶ εὐμα-
ρῶς ἔργαζόμενόν τι, τὸν λίαν εὐχερῆ,
ut dicit Demosth. Mid. p. 548.
Inepta est etymologia α λεώς, *ro-
pulus*.

6. Insigne hic versus præbet
exemplum, quam proni essent li-
brarii etiam falsissima pro genuinis
in suos codices transcribere, quippe

qui consentiant in prava lectione
ἀδαμαντίναις πέδησιν ἐν ἀρρήκτοις
πέτραις, nisi quod πέδαις Robortellus.
Causa erroris erat πέτραις in
fine v. 4. Vera scriptura servata
est apud Schol. Arist. Ran. 826.

7. Non intelligendum simpli-
citer τὸ σὸν ἄνθος, pro τὸν σὸν
κόσμον, sed ita hoc cum πυρὸς con-
jungendum quasi non sequeretur
σέλας, quod tanquam ἐκ παρέργου
superadditum est. Nam πυρὸς ἄν-
θος ex Homero est, quem imitatur
etiam Lucretius I. 900. *flos flammæ*.
Quare non necessaria est Wake-
fieldii emendatio, quam recepit
Burges. τὸ σὸν γὰρ, ἄνθος παντέχ-
νου πυρὸς, σέβας.—παντέχνου, cuius
ope omnes artes exercentur, τὴν
ἔμπυρον τέχνην τὴν τοῦ Ἡφαίστου
Plat. Protag. 321. κλέπτει Ἡφαί-
στον τὴν ἔντεχνον σοφίαν σὺν πυρὶ
ibid. Confer inf. v. 262.

11. στέργειν, *tolerare*, ut ὡς
στέργειν ἐμέ Antig. 292.

12. σφῶν (pro σφῶν) minime

ἔχει τέλος δὴ, κοῦδὲν ἐμποδὼν ἔτι
ἐγὼ δ' ἄτολμός εἰμι συγγενῆ θεὸν
δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ. 15
πάντως δ' ἀνάγκη τῶνδέ μοι τόλμαν σχεθεῖν·
τέξωριάζειν γὰρ Πατρὸς λόγους βαρύ.
τῆς ὥρθοβούλου Θέμιδος αἰπύμητα παῖ,

genitivus, sed dativus est acquisitive positus, ut dicunt grammatici. Male Schol. ή μὲν παρὰ τὸν Διὸς ἐντολὴ δὶς ὑμῶν ἀγγελεῖσά μοι ἔχει ἦδη τέλος. οὐδὲν ἐμποδὼν ἔστι τὸν γενέσθαι καὶ πληρωθῆναι αὐτὴν. Immo hoc dicit: Vobis quidem, quatenus ad vos pertinebat, Jovis mandata rata fiunt, nec quicquam jam restat impedimenti quo minus statim fiat summi patris voluntas, nisi quod mihi ipsi deest audacia ad tantum facinus aggrediendum. Ita enim intelligendum indicat particularum μὲν et δὲ ratio, quibus σφῆν et ἐγὼ diversam intentionem adsciscunt.—συγγενῆ non tam cognatum, consanguineum, quam pariter atque ego divina stirpe ortum.

16. σχεθεῖν Elmsl. Dind. Blomf. Libri σχεθεῖν. Satis manifestum videtur hunc esse aoristi infinitivum, quicquid statuas de ἀμυνάθω, διωκθώ, εἰργάθω, εἰκάθω, et similibus, quae omnia quidem præsentis temporis esse debent, ut φλεγέθω, μινύθω, quoniam tamen diversam aoristi formam non habent, pro aoristis interdum usurpantur, ut ΟEd. Col. 1334. αἰτῶ πιθέσθαι καὶ παρεικαθεῖν, quemadmodum participium ἡν̄ de præterito, præsente, et futuro tem-

pore usurpari potest. Videndum igitur, an aoristi accentus, εἰκαθεῖν, potius quam præsentis, εἰκάθειν, appendi debeat. Et hæc, si recte memini, Dissenii fuit sententia de infinitivo σχέσειν. Idem fortasse de verbo ἔρομαι statuendum est, quod præsentis temporis esse videtur Pers. 952. Vide ad Theb. 75. Sed præsens σχέθω nusquam occurrit; reperitur autem soluta infinitivi forma σχεθεῖν Il. XXIII. 466. ἀνσχεθεῖν Od. v. 320. quæ quidem littem de hac voce inter viros doctos excitatam dirimere videtur. Confer ἰδέειν, φυγέειν, παθέειν, βαλέειν, etc. qualia passim apud Epicos leguntur.

17. Verum fortasse est εὐωριάζειν, quod ex Hesychio recepit Blomf. probante Dind. sed hic bene addit: “ἔξωριάζειν qui defendant, fortasse Hesychii glossa utentur, qua ἐπωριάζειν, verbum aliunde non cognitum, per μεριμνᾶν explicatur, cui oppositum esse possit ἔξωριάζειν.” εὐωρος et εὐωριάζειν agnoscunt Etymol. M. et Photius, et probabile est formam ἔξωριάζειν hodie apud grammaticos repertam fuisse, si illis ex Aeschilo innotuerit. Quare obelum appinxi.

άκοντά σ' ἄκων δυσλύτοις χαλκεύμασι
προσπάσσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ, 20
ἴν' οὕτε φωνὴν οὕτε του μορφὴν βροτῶν
ὅψει, σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογὶ¹
χροιᾶς ἀμείψεις ἀνθος· ἀσμένῳ δέ σοι |
ἡ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος,
— πάχνην θ' ἐώαν ἥλιος σκεδᾷ πάλιν· 25
ἀεὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀχθηδῶν κακοῦ
τρύσει σ· ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω.
τοιαῦτ' ἀπηύρω τοῦ φιλανθρώπου τρόπου.

20. *τόπῳ pro πάγῳ* Med. Rob.
22. *ὅψει, senties*. Confer κτύ-
πον δέδορκα, Theb. 100. τὴν σὴν
θρασύτητα καὶ φωνὴν—θεωροῦντας,
Dem. p. 577. Scilicet latior est
usus verborum quibus corporis sensus
indicantur, nec necesse est
aliud verbum per figuram *zeugma*
subintelligi.—σταθευτὸς, *lente tos-*
tus, quo gravior ac diuturnior sit
cruciatus. Arist. Ach. 1041. τὰς
σηπίας στάθενε.

23. *ἀσμένῳ*, quia quævis vicis-
situdo levamen venit inter tor-
menta; μεταβολὴ πάντων γλυκὺν,
Orest. 234. Butlerus laudat simil-
limum locum, Deuteron. xxviii.
67.—ποικιλείμων, *starry-kirtled*, ab
εἶμα formatum tirones monuit
Blomf. De ἀποκρύψει vide ad
Suppl. 617.

26. *αἰεὶ* Scholefieldius hic, *αἰεὶ*
infra v. 42, quia scilicet sic in libris
scriptum est. Sed constantior in
alterutra forma fuisse putandus est
poeta.

27. ὁ λωφήσων, sc. Hercules,
nondum natus est. Nescit autem
Vulcanus in fatis esse ut quisquam
Promethea liberaturus sit; vide
infra v. 790. itaque hoc temere,
non consulto nec ἐκ προνοίας dicere
putandus est. λωφά plerumque
intransitivum est, ut v. 384. Plat.
Rep. x. § 15. ψυχὴν φιλοτιμίας λε-
λωφηκύαν, et fortasse Od. ix. 460.
καὶ δέ κ' ἐμὸν κῆρ λωφήσει κακῶν.
Ajax. 61. ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν
πόνου. Α λόφος deductum putant
grammatici, ut sit proprie *jugum*
demere. Quod si verum, aut Ἰε-
licia forma λόπφος longæ syllabæ
originem dedit, aut eandem analogiam
sequitur quam τρώπων, στρω-
φάω, πωλέω, α τρέπω, στρέφω, πο-
λέω, πωτάομαι, α πέτομαι, τρωχάω,
α τρέχω, Od. vi. 318.

28. *ἀπηύρω*. De hac voce vide
Buttmannum in Lexilogo, p. 152.
Verte, *talia humanitatis præmia*
reportasti. Sed ἐπηύρουν, aor. 2.
med. ab ἐπαυρίσκομαι, admodum

θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσων χόλον,
βροτοῖσι τιμᾶς ὥπασας πέρα δίκης. 30

ἀνθ' ὧν ἀτερπῆ τήνδε φρουρήσεις πέτραν,
όρθοστάδην, ἄϋπνος, οὐ κάμπτων γόνυ
πολλοὺς δ' ὁδυρμοὺς καὶ γόους ἀνωφελεῖς
φθέγξει· Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες
ἄπας δὲ τραχὺς, ὅστις ἀν νέον κρατῇ. 35

ΚΡ. εἰεν· τί μέλλεις καὶ κατοικτίζει μάτην;
τί τὸν θεοῖς ἔχθιστον οὐ στυγεῖς θεὸν,
ὅστις τὸ σὸν θυητοῖσι προῦδωκεν γέρας;

ΗΦ. τὸ ξυγγενές τοι δείνον, ή θ' ὅμιλία.

ΚΡ. ξύμφημ', ἀνηκουστεῖν δὲ τῶν Πατρὸς λόγων 40
οἶον τε πῶς; οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον;

ΗΦ. ἀεί τε δὴ νῆλης σὺ καὶ θράσους πλέως.

probabiliter restituit Elmsleius, habet enim liber Mediceus ἀπηνύρω, et prorsus alia forma est ἀπανράω, unde ἀπηνύρα Pers. 929. et sæpius apud Epicos, quanquam cum altera confundit Blomfieldius in Glossario. Confer Hel. 469. τίν' αἰτίαν σχών, ἡς ἐπηνρόμην ἐγώ; Hom. Il. xv. 16. οὐ μάν οὐδὲ εἰ αὐτε κακορραφίης ἀλεγεινῆς πρώτη ἐπαύρηαι. Iph. Taur. 529. πρὶν γὰρ θανεῖν σε, τοῦδ' ἐπαυρέσθαι θέλω. ἀπηνύρω si sanum est, geminam aoristi inflexionem, ἀπηνυρόμην et ἀπηνράμην, ut εὐρόμην et εὐράμην, a verbo ἀπαυρίσκομαι arguit. Vulgatum defendit Buttmannus; sed obelo ut dubium notavi.

31. φρουρήσεις ut Antig. 892.
οἴκησις ἀείφρουρος, semper habi-

tanda. Confer inf. v. 146.

38. ὅστις προῦδωκεν, Latine ex-
primas qui prodiderit. Confer v.
778. Pers. 741. Nimirum sæpis-
sime etiam de finita persona usurpa-
tur relativum ὅστις, ubi causale est.

39. Meminerint tirones, ple-
rumque in Aeschyle libris σὺν, συγ-
γενές, et similia, non ξὺν, ξυγγενὲς,
etc. reperiri. Atticam formam ubi-
que fere restituerunt critici, ex
vett. inscriptionibus, ut aiunt. Qui
tamen illud in medio reliquunt, an
quod Ἀττικώτερον sit, idem etiam
Aeschylus magis conveniat; et præ-
terea non satis animadverterunt,
ne in Atticis quidem inscriptioni-
bus constare scripturam. De quo
vide Præfationem nostram.

42. αἰεί τε, vel γε, vel τι, vel

ΚΡ. ἄκος· γάρ οὐδὲν τόνδε θρηνεῖσθαι· σὺ δὲ
τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην.

ΗΦ. ὡς πολλὰ μισθεῖσα χειρωναξία. 45

ΚΡ. τί νιν στυγεῖς; πόνων γάρ, ὡς ἀπλῶ λόγῳ,
τῶν νῦν παρόντων οὐδὲν αἰτία τέχνη.

ΗΦ. ἔμπας τὶς αὐτὴν ἀλλος ὠφελεν λαχεῖν.

ΚΡ. ἄπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν.
ἔλευθερος γάρ οὕτις ἔστι πλὴν Διός. 50

ΗΦ. ἔγνωκα τοῖσδε κούδεν ἀντειπεῖν ἔχω.

ΚΡ. οὐκονν ἐπείξει δεσμὰ τῷδε περιβαλεῖν,
ὡς μή σ' ἐλινύοντα προσδερχθῆ πατήρ;

ΗΦ. καὶ δὴ πρόχειρα ψάλια δέρκεσθαι πάρα.

ΚΡ. λαβών νιν, ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει 55

τοι, in libris veteribus legitur. *ἄει* τε ita defendit Censor Mus. Phil. Cant. I. p. 240, ut τε pertineat ad *νηλής*, non ad *ἄει*. Vide Theb. 192. 1067. *ἄει γέ τοι* Stallbaum. ad Phaed. p. 63. init. Ceterum *θράσος* et *αἰδὼς* opponuntur, quorum hoc est *misericordia* (Angl. *mercy*), illud *crudelitas*. Sic fere *αὐθαδῆς* (*ruthless*) et *αὐθαδία*, 64. 79.

49. Dindorfius: *omnia facta*, i.e. *permissa, nobis sunt præterquam diis imperare*. Sensus est: Tu quidem vis alias fuisse hujus operis artifex; at cedendum necessitatibus, nam nobis subjectis nihil restat nisi parere, cum solus Zeus suo arbitrio agat. Tecta est oratio, ut quae iniquior in Jovis imperium videri posset. Scilicet nemo vere ἐλεύθερος vocari potest, nisi qui non novit superiorem, ut Zeus; quod

ceteris diis non contingit, quibus ipse Zeus superior est. Alia ratio, omnium fortasse optima, hæc est: *every thing has been achieved, except for the gods to hold rule*; h. e. hoc solum nobis non concessum est, ut Jovi imperemus quid fieri, quid non fieri debeat. *ἐπράχθη hic revera valet fieri potest*; quod enim semel factum est, idem iterum fieri plerumque licet. Sic Hom. εἰ δύναμαι τελέειν γε, καὶ εἰ τετελεσμένον ἔστι.

51. Transposuit Blomf. καὶ τοῖσδε οὐδὲν, sed vulgatum tuetur Dindorfius ad Acharn. 884. ubi similiter legitur ἔκβαθι τῷδε κηπιχαρίττα τῷ ξένῳ. Subest huic versui levis irrisio.

55. *νιν*, i.e. *αὐτὰ*, non *αὐτόν*. Sed verum videtur βαλών νιν ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει, ῥαιστῆρι θεῖνε.

ραιστῆρι θεῖνε, πασσάλευε πρὸς πέτραις.

ΗΦ. περαίνεται δὴ κού ματῷ τοῦργον τόδε.

ΚΡ. ἄράσσε μᾶλλον, σφίγγε, μηδαμῇ χάλα·
δεινὸς γὰρ εὐρεῖν κάξ ἀμηχάνων πόρουν.

ΗΦ. ἄραρεν ἥδε γ' ἀλένη δυσεκλύτως. 60

ΚΡ. καὶ τήνδε νῦν πόρπασον ἀσφαλῶς, ἵνα
μάθῃ σοφιστῆς ὡν Διὸς νωθέστερος.

ΗΦ. πλὴν τοῦδ' ἀν οὐδεὶς ἐνδίκως μέμψαιτό μοι.

ΚΡ. ἀδαμαντίνου νῦν σφήνὸς αὐθάδη γνάθον
στέρινων διαμπάξ πασσάλευ' ἐρρωμένως. 65

ΗΦ. αἰαῖ Προμηθεῦ, σῶν ὑπερστένω πόνων.

Sic ἀμφὶ πλευραῖς μασχαλιστῆρας
βάλε v. 71. ἀμφίβληστρα v. 81.

57. οὐ ματῷ, non vanum est, ut
Theb. 37. Eum. 137. Formatur a
μάτῃ, unde adverbium μάτην, ut
λημάνια λήμη, et proprio significare
videtur *vanitate affici*. Blomfieldius
interpretatur *non moratur*, Hesychius
enim explicat χρονίζει. Sed
ματάω, ματάζω, (Ag. 966.) et μα-
ταῖζω idem valent. Photius: μα-
ταῖσαι: μαται. Legendum videtur
ματάν.

58. σφίγγω communem origi-
nem habere cum Latino *ingo*, ut
tingo a τέγγω, apertum est. Mireris
Blomfieldium, virum peritissimum,
de σφῆν ἄγω, σφίνγω, serio scri-
bentem. Proprie σφίγγειν idem
significat quod nostrum verbum *to
squeeze*: ut *finger* de compresso
luto vel cera usurpatur.

59. πόρους ex Marcellino in vit.
Thucydidis et Schol. ad Equit.

759. reposuerunt Blomf. Dind. sine
idonea causa. Confer Frag. incert.

23. ed. Scholef. σὺ δὲ ἀμαχανίας
πόρου εἶδες (*lege εὑρες*) ἐν ἀλγεσι.

65. διαμπάξ, *penitus transfixum*,
adverbium fortasse ex πήγνυμι com-
positum. Suppl. 921. τῶνδε ἐφή-
λωται τορῶς γόμφος διαμπάξ. Dix-
erit fortasse aliquis, non hic intelli-
gendum videri, ferrum penitus per
præcordia adactum esse, quod uti-
que hominem utcunque immorta-
lem occidisset; sed potius *trans*
medium pectus insertum, ut in
scopuli fissura (φάραγγι, v. 15.)
juxta oceanum coarctatus, illæso
corpore, supplicium subire putetur.
Sed nihil profuerit veram vocis
sententiam interpretando perver-
tere; nam vivere potuit etiam clav-
is pertusus qui quotidie a vulture
eviscerabatur.

66. σῶν ὑπερ Dind. quod nolim
contra libros receptum.

ΚΡ. σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς, τῶν Διός τ' ἔχθρῶν ὑπέρ
στένεις ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτέ.

ΗΦ. ὄρᾶς θέαμα δυσθέατον ὄμμασιν.

ΚΡ. ὄρῳ κυροῦντα τόνδε τῶν ἐπάξιων. 70
ἀλλ' ἀμφὶ πλευραῖς μασχαλιστῆρας βάλε.

ΗΦ. δρᾶν ταῦτ' ἀνάγκη, μηδὲν ἐγκέλευ ἄγαν.

ΚΡ. ἡ μὴν κελεύσω, κάπιθωντος γε πρός.
χώρει κάτω, σκέλη δὲ κίρκωσον βίᾳ.

ΗΦ. καὶ δὴ πέπρακται τούργον οὐ μακρῷ πόνῳ. 75

ΚΡ. ἐρρωμένως. νῦν θεῖνε διατόρους πέδας,
ώς οὐπιτιμητής γε τῶν ἔργων βαρύς.

ΗΦ. ὅμοια μορφῇ γλῶσσά σου γηρύεται.

ΚΡ. σὺ μαλθακίζου, τὴν δὲ ἐμὴν αὐθαδίαν
ὄργης τε τραχύτητα μὴ πίπλησσέ μοι. 80

67. aū. Non est *iterum*, quasi
respiciat v. 36, sed *aliter atque
ego facio*. Non recte post στέ-
νεις interrogationis nota ponitur.
Confer v. 762. σὺ δ' αὖ κέκραγας
κάναμυχθίζει τί που δράσεις, κ. τ. λ.
et vide ad Ag. 1221.

73. Anglice vertas: *Yea, but I
will urge, aye, and set you on him
too!* Vehementissimam vim habet
verbum *venaticum* ἐπιθωντος,
quod proprie est κύνας ἐπὶ θῶν
(contracta est θῶς, *a jackall*, *a boos*),
ἐπισίζειν. Confer v. 285.

76. διατόρους. τὰς διαπειρούσας
καὶ τιτρωσκούσας, Schol. Ang. *gall-
ing*; nisi clavis etiam transfixos
habuit pedes, ut sit θεῖνε ὥστε εἶναι
διατόρους τὰς πέδας. Quicquid
enim constringit ac colligat pedes

péδη dici potest, licet non sit pedi-
bus circumdatum. Cic. Tusc. Q.
II. x. Prometheus dicit “hos ille
cuneos fabrica crudeli inserens, per-
rupit artus.” Primum autem dis-
tentas manus, deinde pectus, tum
ventrem (v. 71), mox ad inferiora
membra descendens crura, deni-
que pedes etiam scopulo adfigit
Vulcanus.

77. ἐπιτιμητής βαρύς, idem quod
εὔθυνος βαρύς, Pers. 824. proprie ὁ
ἐπιβάλλων τὸ τίμημα. Soph. Frag.
478. κολαστὰς κάπιτιμητὰς κακῶν.
ἐπιτιμήτωρ, *vindex, patronus*, Od.
IX 270. τὸ ἐπιτίμιον, Theb. 1015.

80. Malis fortasse μὴ πίπλησσέ
ἐμοὶ, propter præcedens σύ. Sed
idonea personæ emphasis est in τὴν
δὲ ἐμήν.

ΗΦ. στείχωμεν, ώς κώλοισιν ἀμφίβληστρό' ἔχει.

ΚΡ. | ἐνταῦθά νυν ὕβριζε, καὶ θεῶν γέρα¹
συλῶν, ἐφημέροισι προστίθει. τί σοι
οἵοι τε θυητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων;
ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα²
καλοῦσιν³ αὐτὸν γὰρ σὲ δεῖ Προμηθέως,
ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τέχνης.

ΠΡ. ὡς δῖος αἰθὴρ, καὶ ταχύπτεροι πνοαὶ,
ποταμῶν τε πηγαὶ, ποντίων τε κυμάτων

| ἀνήριθμον γέλασμα, παμμῆτόρ τε γῆ,⁴

82. Vulgo νῦν. Hunc locum respexit Arist. Thesm. 1001. ubi barbarus Scytha exclamat ἐνταῦθα νυν οἴμωξι πρὸς τὴν αἰτρίαν. Adde Hom. Od. xviii. 105. ἐνταῦθοι νυν ἥσο, σύνας τε κύνας τ' ἀπερύκων. Il. xxii. 122. ἐνταῦθοι νυν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν. Comparat Censor Phil. Mus. Cant. i. p. 227. Vesp. 149. ἐνταῦθά νυν ζήτει τιν' ἄλλην μηχανήν. Plut. 724. ἐνταῦθά νυν καθησο. Falsam cavillationem commentus est Burgesius, ἐνταῦθα nunquam initio novi sermonis inveniri; vide Thesm. 1001. Rationem saltem dare debebat, quare non possit sic stare.

86. Προμηθέως. Proverbialiter dictum, quia aliquis ad incitas redactus perhibebatur δεῖσθαι Προμηθέως. Unde etiam Προμηθεὺς ἀρχὴ Suppl. 680, si sana est lectio. Vide Donaldson ad Pind. Ol. vii.

44. Structuræ δεῖ σέ τινος pro δεῖ σοι τινος antiquissimum hoc exemplum putat Porsonus ad Orest.

659. At preiverat Homerus, Od. xxii. 377. ὅφρ' ἀν ἐγώ κατὰ δῶμα πονήσομαι δττεό με χρή. Ib. iii. 14. οὐ χρή σε αἰδοῦς. iv. 463. τέο σε χρή; II. x. 43. χρεὼ βουλῆς ἐμὲ καὶ σέ.

87. τῆσδε cum emphasi prounitiandum est. Etsi ipse es admodum artificiosus et solers, vide tamen ne hanc artem non possis elabi. τύχης pro τέχνῃ aliquot libri bonæ notæ, non item Medicus, ut conjecit Burges. qui non recte putat Robortelli editionem ex eo codice expressam esse, a quo lectiones sœpe præbet diversissimas. Vide ad v. 108.

88. Indignationem Prometheus nunc tandem, remotis tortoribus, per invocationem elementorum effundit, injusti supplicii testes nobilissima oratione appellans.

90. ἀνήριθμον γέλασμα, celebris admodum locutio, quam sui juris fecerunt plures post Æschylum poetæ, inter quos Lucretius in pul-

καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ·
ἴδεσθέ μ', οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεός.

δέρχθησθε οἵας αἰκίαισιν
διακναιόμενος τὸν μυριετῆ
χρόνον ἀθλεύσω. τοιόνδ' οὐ νέος 95
ταγὸς μακάρων ἐξηγήσθε επ' ἐμοὶ
δεσμὸν ἀεικῆ.

φεῦ, φεῦ· τὸ παρὸν τό τ' ἐπερχόμενον
πῆμα στενάχω. πὴ ποτε μόχθων.
χρὴ τέρματα τῶνδε ἐπιτεῖλαι; 100

cherrimo de Rerum Natura exordio, I. 8. *Tibi rident aequora ponti, et II. 559. subdola cum ridet placidi pellacia ponti.* Multa exempla congessit Blomf. in Glossario. Significantur undæ perpetuo in maris superficie leviter intumescentes, quæ quia semper in motu sunt, et cito evanescunt, oculorum aciem fugientes numerari non possunt.

94. μυριετῆ Schol. qui addit, ἐν γὰρ τῷ Πυρφόρῳ τρεῖς μυριάδας φησὶ δεδέσθαι αὐτόν. At v. 793. prædictetur Promethea quarto-decimo post Io saeculo liberatum iri. Mox ἀεικῆ est ignominiosum.

96. ἐξηγήσθε Dind. hic et alibi, pro vulg. ἐξενῆσθε. An recte augmentum producta syllaba notaverit in Aeschylus dubitari potest. Nam Aeschylus temporibus nec η nec ω in usu fuisse notissimum est, quod quidem a vett. marmoribus antiquioris ævi probari potest. Quare etiam ἀπηγόρω v. 28. forma Aeschylus

posterior est. Nec tamen dubium puto, quin post annum A.C. 400, ἦντε potius quam ἦντε in Aeschylus carminibus exscribendis posuissent Athenienses: ineptus autem esset, qui Aeschylus manum hodie in omnibus literis exquireret. Vide tamen Gr. Gr. ed. JELF. §. 170. obs. 2.

99. πὴ ποτε, quanam cœli parte horum laborum finis, quasi lux sideris, oriturus est? ποτὶ Med. Rob. alii; sed semper fere variatur inter has particulæ. ἐπιτεῖλαι non absurde acceperis pro ἐπανατεῖλαι, quasi dativus τοῖσθε μόχθοις in τῶνδε μόχθων subintelligatur. Confer Ag. 27. Cho. 274. Pind. Ol. VIII. 28. Sed Suidas: ἐπιτεῖλας· ἀνατεῖλας. Quid propriæ differant vide in Mus. Phil. Cant. I. p. 26. nempe ἐπιτολαὶ ἀστρων (Phœn. 1116.) sed ἡλίου ἀντολαί.—τέρματα pro τέρματα conjicit Burges. quia τέρμα potius debebat esse, quod ipsum in plerisque libris scriptum est. Sed τέρματα præbet Med.

καίτοι τί φημι; πάντα προύξεπίσταμαι
σκεθρῶς τὰ μέλλοντ', οὐδέ μοι πόταίνιον
πῆμ' οὐδὲν ἥξει τὴν πεπρωμένην δὲ χρὴ
αἰσαν φέρειν ὡς ρᾶστα, γιγνώσκονθ' ὅτι
τὸ τῆς Ἀνάγκης ἔστ' ἀδήριτον σθένος.

105

| ἀλλ' οὔτε σιγᾶν οὔτε μὴ σιγᾶν τύχας
οἶν τέ μοι τάσδ' ἔστι. θνητοῖς γὰρ γέρα
πορῶν, ἀνάγκαις ταῖσδ' ἐνέζευγμαι τάλας·

ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς
πηγὴν κλοπαίαν, ἢ διδάσκαλος τέχνης
πάσης βροτοῖς πέφηνε καὶ μέγας πόρος.
τοιάσδε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω,
ὑπαίθριος δεσμοῖς †πεπασσαλευμένος.

110

108. ὑπέζευγμαι Rob. et Ald.
quod notionem *cedendi* habere falso
putat Burges. Ajac. 24. καγὼ
θελοντὴς τῷδ' ὑπεζύγην πόνῳ. ἐνέ-
ζευγμαι autem dat Mediceus.

109. νάρθηξ, *ferula*, (Angl. *the stalk of fennel*), cuius interna ma-
teries sive medulla (*pith*) dicitur
esse πυρὸς φυλακτικὴ, i.e. fomitis
naturam habere, et vere quidem,
ut cuivis exploratum habere licet,
modo rapido cursu per auras mo-
veatur. Hoc igitur dicit: furti-
vum ignem in ferula servatum cœlo
surripio, qui esset fons unde mor-
tales capere possent. Ex Hesiodi
Theog. 567. sumpta est narratio.
Eleganter πέφην de flamma dici-
tur, quasi quæ mortalibus illuxit.

112. Breviter dictum pro τοι-
άσδε ποινὰς τοιῶνδε ἀμαρτημάτων.

Utrumque enim, et crimen et pœ-
nam, modo recensuerat.

113. Vulgo πασσαλευτὸς ὄν. At
participium ὄν nec requiritur ad
verbale πασσαλευτὸς (confer vv.
22, 144.) et deest in libris longe
plurimis. Habet autem Mediceus
πασσαλευμένος, cum plerisque libris.
πεπασσαλευμένος Rob. idque ego,
non ut verum sine dubio, sed ut
veri simillimum, recepi; nam quod
vulgo editur minima auctoritate
nititur. Cf. Menandri frag. inc.
vi. εἰτ' οὐ δικαίως προσπεπαττα-
λευμένον γράφουσι τὸν Προμηθέα πρὸς
τὰς πέτραις; Fieri tamen potest
ut vulgatum ita construendum sit:
ὑπαίθριος ὄν, δεσμοῖσι πασσαλευτός.
Sed omnino alio vocabulo usum
esse Æschylum suspicatur Dindor-
fius.

ἄ, ἄ, [έα, έα.]

τίς ἀχώ, τίς ὁδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής, 115
θεόσυτος, ἢ βρότειος, ἢ κεκραμένη;

ἴκετο τερμόνιον ἐπὶ πάγον
πόνων ἐμῶν θεωρὸς, ἢ τί δὴ θέλων;
ὄρατε δεσμώτην με δύσποτμον θεὸν,

τὸν Διὸς ἔχθρὸν, τὸν πᾶσι θεοῖς 120
δι' ἀπεχθείας ἐλθόνθ', ὅποσοι
τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσιν,
διὰ τὴν λίαν φιλότητα βροτῶν.

φεῦ, φεῦ, τί ποτ' αὖ κινάθισμα κλύω
πέλας οἰωνῶν; αἰθὴρ δὲ ἐλαφραῖς | 711. 125
πτερύγων ρίπαις ὑποσυρίζει.

πᾶν μοι φοβερὸν τὸ προσέρπον.

ΧΟΡΟΣ.

μηδὲν φοβηθῆς· φιλία στροφὴ ἀ.

115. τίς ὁδμά, quis odor, sive a vestibus sive a comis spirans. Hippol. 1391. ὡς θεῖον ὁδμῆς πνεῦμα—
ἔστ' ἐν τόποισι τοισιδ' Ἀρτεμις θεά.
ἀφεγγής, ab aliquo emissā quem nondum oculis videre contigit.—
κεκραμένη, ex utroque genere commista, qualis semideorum est. Metrum hujus versus bacchiacum est, ut Theb. 101. Ag. 1072. V. 117. choriambicūm est, cuius exempla dedit Dind. ad Arist. Lysist. 277. Nusquam alibi, quod sciām, apud *Æschylum* reperitur. — τερμόνιον, orbis extremum.

118. θέλων, sc. θεὸς ἢ βροτὸς, e θεόσυτος ἢ βρότειος supplendum.—

θεωρὸς, cf. v. 310.

122. Vocabuli Homerici formam etiam Homericam servasse videtur *Æschylus*. Od. ix. 120. οὐδὲ μιν εἰσοιχνεῦσι κυνηγέται. DIND. Sic fortasse πωλεύμεναι inf. v. 663.

126. Fortasse ὑπὸ συρίζει. Ag. 865. λεπταῖς ὑπαὶ κώνωπος ἐξηγει-
ρόμην ρίπαισι θωβάσσοντος.

127. Ajax. 229. οἵμοι, φοβοῦμαι
τὸ προσέρπον. Vulturis advolatum metuit, (monente Burgesio,) qui ἔρπειν dicitur v. 1045.

128. Metrum choriambicūm est, præmissa dipodia iambica, quale Suppl. 518. ἄναξ ἀνάκτων μακάρων. In Ionicos a minore, clausulis cho-

- γὰρ ἥδε τάξις πτερύγων
θοαῖς ἀμίλλαις προσέβα 130
τόνδε πάγον, πατρώας
μόγις παρειποῦσα φρένας.
κραιπνοφόροι δέ μ' ἔπειμψαν αὐραι·
κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος
διῆξεν ἄντρων μυχὸν, ἐκ δ' ἔπληξέ μου 135
τὰν θεμερῶπιν αἰδὼ·
σύθην δ' ἀπέδιλος ὅχῳ πτερωτῷ.
ΠΡ. αἰαῖ, αἰαῖ,
τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα, 140
τοῦ περὶ πᾶσάν θ' εἰλισπομένου

riambicis distinctos, potius dige-
rendos censem Dindorfius.

132. μόγις παρειποῦσα, patre
aegre tandem persuaso, utpote a
virgine, quam viro accedere pro-
hibebat pudicitia. Vernacula ver-
tas having at last talked over.—
Vide ad v. 664. Hom. Il. vi. 337.
νῦν δέ με παρειποῦσ' ἄλοχος μαλα-
κοῖς ἐπέεσσι, ὥρμησ' ἐς πόλεμον.
Metrum v. 133. logaēdicum vulgo
appellatur, sc. dactylicum cum
dipodia trochaica. Idem est in v.
137. præmissa longa syllaba, ut
Suppl. 520. τελειώτατον κράτος, ὅλ-
βιε Ζεῦ. V. 135. choriambum habet
medium inter dipodias iambicas.

134. κτύπος χάλυβος, ferri stre-
pitus, a Vulcano excitatus dum
Prometheus scopulo adstringitur.
—ἄντρων, cf. v. 309.

137. ἀπέδιλος, sine calceis, qui-
bus omissis festinatio significabatur.

Doce hunc usum illustravit Blomf.
in Glossario, citans inter alia Ti-
bull. I. III. 91. *Tunc mihi, qualis eris
longos turbata capillos, Obvia nudato,
Delia, curre pede.* Theocr. xxiv.
36. ἄνστα, μηδὲ πόδεσσι τεῦν ὑπο
σάνδαλα θείης.—ὅχῳ πτερωτῷ, ἥγουν
τῇ δί ἀέρος πτήσει, Schol. ut νάϊον
ὅχημα est vectio navalis Iph. Taur.
410. Idem fere alius Schol. ταῖς
πτέρυξιν, αἷς ἐποχοῦνται οἱ ιπτά-
μενοι. De curru non cogitandum
censem Burgesius, qui tamen non
meminerat θάκος κραιπνόσυτος, v.
287.

140. πολυτέκνου. Vide Hesiod.
Theog. 337. seqq. ibid. v. 364. τρὶς
γὰρ χίλιαι εἰσι τανύσφυροι Ὦκεανῖναι.

141. De Oceano totum orbem
ut fluvio ambiente vide Plat. Phæd.
§. LXI. Ita Oceanum extremam
clypei Achillis oram circumduxit
Vulcanus Il. xviii. 607.

χθόν' ἀκοιμήτῳ ρεύματι παῖδες
πατρὸς Ὡκεανοῦ δέρχθητ', ἐσίδεσθ'
οἵω δεσμῷ προσπορφατός
τῆσδε φάραγγος σκοπέλοις ἐν ἄκροις 145

φρουρὰν ἄζηλον ὀχήσω. ~~Χ~~

XO. λεύστω, Προμηθεῦ, φοβερὰ δὲ ἀντιστρ. α.
ἐμοῖσιν ὅσσοις ὀμίχλα
προσῆξε πλήρης δακρύων,
σὸν δέμας εἰσιδούσα 150
πέτρᾳ προσάναινόμενον
ταῖσδ' αδαμαντοδέτοισι λύμαις·
νέοι γὰρ οἰακόνομοι
κρατοῦσ' Ὄλύμπου νεοχμοῖς δὲ δὴ νόμοις
Ζεὺς ἀθέτως κρατύνει, 156
τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν αἴστοι.

143. Plerique libri ἐσίδεσθέ μ'.
Correptam priorem syllabam in οἴῳ credunt Well. Dind. quod tamen non sine quodam rhythmī dispendio hic fieri potuit. Verum fortasse est δέρχθητέ μ', ἵδεσθ', ut conjecterunt Burges. Blomf.

146. ὀχήσω, sustinebo. Od. H. 211. ὀχέοντας οἴζυν. Pind. Ol. II. 122. ὀκχέοντι πόνουν. GRIFFITHS.

147. Video, Prometheu, ac præmetu talis spectaculi caligo oculis meis ingruit, lacrymis implens, quum viderim corpus tuum scopulo adarescens hisce suppliciis, quæ adamantinis catenis constrictus pateris. ὅσσοις dativus proxime a προσῆξε pendet; remotior ἐμοὶ ad εἰσιδούσα supplendus acquisitive

subjungitur.

152. ταῖς libri. ταῖσδε manifesto postulat sententia, quod primus vidit H. Stephanus, nisi verum potiuscum Elmsleio putemus πέτρᾳ τρῆδ, nam πέτρᾳ plerique libri exhibent, idque præferendum putat Dind. Vulgo πέτραι. Vide autem ejusdem erroris, ταῖς pro ταῖσδε, exempla inf. v. 242. Theb. 401. Sic OEd. Col. 458. σὺν ταῖσι ταῖς libri pro ταῖσδε ταῖς.

156. ἀθέτως ex Hesychio restituit Bentleius. Libri ἀθέσμως. Ut θεὸς est ὁ τιθέος, sic qui regnat αἱθέτως temere et incomposite res administrat, nec justis legibus utitur.

157. τὰ πρὶν πελώρια, idem fere quod μεγαλοσχήμονα ἀρχαιοπρεπή

- | | | |
|-----|--|--|
| ΠΡ. | <p>εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν νέρθεν τ' Ἀΐδου
 τοῦ νεκροδέγμονος εἰς ἀπέραντον
 Τάρταρον ἥκεν, δεσμοῖς ἀλύτοις
 ἀγρίως πελάσας, ὡς μήτε θεὸς
 μήτε τις ἄλλος τοῖσδ' ἐπεγήθει.
 νῦν δ' αἰθέριον κίνυγμα τάλας
 ἔχθροῖς ἐπίχαρτα πέπονθα.</p> | 160 |
| ΧΟ. | <p>τίς ὅδε τλησικάρδιος
 θεῶν, ὅτῳ τάδ' ἐπιχαρῆ;
 τίς οὐ ξυνασχαλᾷ κακοῖς
 τεοῖσι, δίχα γε Διός; δὸς δὲ ἐπικότως ἀεὶ[†]
 τιθέμενος ἄγναμπτον νόον,</p> | στροφὴ β'.
166 |

v. 416. quæ olim veneranda dignitate et majestate habebantur. Sic πελώριον τράγμα Av. 321. πελώριον ἔργον Pind. Pyth. vi. 41. Respondet proxime nostro verbo *mighty*.

158. *νέρθεν θ' Αἴδου* Dind. qui fortasse in eo nimis Ἀττικίζει.

161. ἀγρίοις Med. cum paucis
aliis.—ἐπεγεγήθει vel ἐπιγεγήθη in
libris est. ἐγεγήθει Elmsl. Blomf.
Occurrit præsens γηθέω non nisi
Cho. 759. ἐπὶ autem eandem vim
habet quam in ἐπιχαίρειν. De
structura vide ad v. 766.

163. ὁ τάλας libri; sed in pluribus non eliditur κίνημα, et sæpiissime in Æschylī codicibus prave interpositus est articulus. Quod dedimus ex Elmsleii sententia est.

165. τλησικάρδιος, *patiens*, sc. tardus ad indignationem. Ag. 419.
πένθεια τλησικάρδιος, ubi tamen
τηξικάρδιος longe probabilior lectio

est, ex Gloss. Farn. *τὴν καρδίαν τήκουσα*, ita enim legendum videtur Stanl. postulante sententia.

166. ἐπίχαρη alludit ad ἐχθροῖς
ἐπίχαρτα, v. 164. quæ inimicis lu-
dibrio sunt, sc. quibus insultent.
ξυνασχαλᾶ, ab ἀσχαλάω, diversa
est forma a futuro φι ποτ' ἀσχαλᾶ
inf. v. 783. quod pro ἀσχαλάσει
ponitur.

169. *τιθέμενος* Pauwius ob me-
trum. Libri θέμενος. Eandem ob
causam δέδια δ' pro δέδια γὰρ in
antistrophico v. dedit Porsonus.
Difficile est ex his emendationibus
meliorum eligere. Porsonum se-
quuntur Blomf. Dind. Burges. Al-
teram equidem prætuli, quia αἰεὶ
aliquanto facilius cum *τιθέμενος*
quam cum *δάμναται* construitur, et
in v. 189. requiritur γὰρ, siquidem
δέδια proxime ad φόβος pertinet.
Θέσθαι νόν ἄγριου, καθαρὸν, etc. fre-

δάμναται ούρανίαν 170
 γένναν· οὐδὲ λήξει, πρὶν ἀνὴ κορέση κέαρ, ἢ παλά-
 μα τινὶ

τὰν δυσάλωτον ἔλη τις ἀρχάν.
 ΠΡ. ἢ μὴν ἔτ' ἐμοῦ, καίπερ κρατεραῖς
 ἐν γυιοπέδαις αἰκιζομένου, 175

χρείαν ἔχει μακάρων πρύτανις, — *lost it out*
 δεῖξαι τὸ νέον βούλευμ', ύφ' ὅτου *lost this over 20th Jan.*
 σκῆπτρον τιμάς τ' ἀποσυλάται.

καί μ' οὕτι μελιγλώσσοις πειθοῦς ~
 ἐπαοιδαῖσιν θέλξει, στερεάς τ'
 οὕποτ' ἀπειλὰς πτήξας τόδ' ἔγω
 καταμηνύσω, πρὶν ἀνὴ ἐξ ἀγρίων
 δεσμῶν χαλάσῃ, ποινάς τε τίνειν
 τῆσδε αἰκίας ἐθελήσῃ.

ΧΟ. σὺ μὲν θρασύς τε καὶ πικραῖς ἀντιστρ. β'.
 δύαισιν οὐδὲν ἐπιχαλᾶς,
 ἄγαν δὲ ἐλευθεροστομεῖς. 186

quentius est apud Epicos quam
 τίθεσθαι, sed ea ipsa fortasse est
 causa corruptelæ.—Ceterum propter
 hæc et talia dicteria in Jovem
 a Prometheus jactata, manifestæ
 impietatis poetam insimularunt cri-
 tici. De qua tamen opinione digna
 sunt quæ legantur apud GROTE,
History of Greece, I. p. 514. Sane
 dubium est an Atheniensibus τὸ
 θεοσεβὲς adeo sincerum fuerit, ut
 noluerint deorum majestatem ne
 verbo quidem violatam audire.
 Tolerabant certe Aristophanem,
 deorum genus aperte ludibrio os-

tentantem.

174. ἢ μήν. Minandri formula
 est. Vide ad v. 928. Ad αἰκιζο-
 μένου intelligi potest ἐκείνον (vide
 ad v. 878.), et sic Schol. voluisse
 videtur, explicans καίτοι αἰκιζομέ-
 νός με, unde Wakefieldius nomina-
 tivum reponendum censebat. Ubique
 enim transitiva vi v. αἰκίζεσθαι
 citatur Aeschylus, ut v. 203. 235.
 364. Nec tamen non potuit pas-
 sive hoc loco usurpare, ut αἰκισθὲν
 δέμας, Antig. 206.

176. πρύτανις, Rex. Vide ad
 Suppl. 365.

ἔμας δὲ φρένας ἐρέθισε διατόρος φόβος·
δέδια γὰρ ἀμφὶ σαῖς τύχαις,
πᾶ ποτε τῶνδε πόνων
χρή σε τέρμα κέλσαντ' ἐσιδεῖν· ἀκίχητα γὰρ ήθεα
καὶ κέαρ
ἀπαράμυθον ἔχει Κρόνου παῖς.

ΠΡ. | οἵδ' ὅτι τραχὺς καὶ παρ' ἑαυτῷ
τὸ δίκαιον ἔχων Ζεύς· ἀλλ' ἔμπας
[οἴω,] μαλακογυνώμων
ἐσται ποθ', ὅταν ταύτη ραισθῆ·
τὴν δ' ἀτέραμνον στορέστας ὀργὴν
εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα

188. ἐρέθισε Dind. ex Turn.
propter metrum, idemque voluit
Elmsleius. Ceteri ἡρέθισε. Vide ad
Pers. 315.

190. Eandem fere sententiam
alia metaphora adumbravit v. 100.
Junge πᾶ ποτε κέλσαντα, et confer
Suppl. 436. ubi similis imago latet
in v. καταστροφῇ.

193. Producitur prima syllaba
in ἀπαράμυθον, ut in ἀθάνατον apud
Epicos. Metrum enim dactylicum
est. οὐ παράμυθον Med. quæ fre-
quens varietas est: vide ad Theb.

691. Cho. 633. Scite notavit
Griffiths, vix recte formari vocem
παράμυθον secundum analogiam.
Dicebant enim εὐπροσήγορος, εὐπα-
ράγωγος, etc. libentius quam προσ-
ήγορος, παράγωγος, etsi non desunt
hujusmodi exempla.

194. Eur. Suppl. 431. τὸν νό-
μον κεκτημένος αὐτὸς παρ' αὐτῷ.
BLOMF.

196. In libris additur οἴω, quod
Schol. explicat ὑπολαμβάνω. Ejec-
cit ut ineptum supplementum Din-
dorfius. Scholefieldio autem vide-
tur οἴω (pro οἴομαι, vel potius
οἴμαι, vox apud Homerum sæpi-
sime reperta,) “exquisiti quoddam
in se habere.” Sed tamen adeo
proni erant librarii ad supplendos
breiores anapæsticos (vide ad Ag.
1311.) ut uncis hic includendum
putaverim, quum neque quicquam
desit ad sententiam, nec facile qui-
dem superaddi possit.

197. ταύτη. Quomodo? quæ-
rit Burgesius, qui admodum infeli-
citer tentavit ὅτ' ἄν γ' Ἀτη ραισθῆ.
Nempe imperio privatus, sup. v.
178.

198. ἀτέραμνον, *duram, difficultem.* Α στέρεος formatur στέρευ-
μος, ut ἐρεμνὸς, unde τέρεμνος vel
τέραμνος, et τέρεμνον, *rigida trabs;*
et prefixa α, (cf. λαπαδνὸς, ἀλα-

σπεύδων σπεύδοντί ποθ' ἥξει. X

200

ΧΩ. πάντ' ἐκκάλυψον καὶ γέγων' ήμιν λόγον,
ποίω λαβών σε Ζεὺς ἐπ' αἰτιάματι
οὔτως ἀτίμως καὶ πικρῶς αἰκίζεται·
δίδαξον ημᾶς, εἴ τι μὴ βλάπτει λόγῳ.

ΠΡ. ἀλγεινὰ μὲν μοι καὶ λέγειν ἔστιν τάδε,
ἀλγος δὲ σιγᾶν, πανταχῇ δὲ δύσποτα.

ἐπεὶ τάχιστ' ἡρξαντο δαίμονες χόλου,
στάσις τ' ἐν ἀλλήλοισιν ὠροθύνετο,
οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἔδρας Κρόνου,
ὡς Ζεὺς ἀνάστοι δῆθεν, οἱ δὲ τοῦμπαλιν
σπεύδοντες, ὡς Ζεὺς μήποτ' ἄρξειεν θεῶν.

205

210

παδὸς,) ἀτέραμνος et ἀτεράμων.—
ἀρθρὸν καὶ φιλότητα conjuxerant
Epici, ut Hom. Hymn. ad Merc.
521. Λητοῖδης κατένευσεν ἐπ' ἀρθρῷ
καὶ φιλότητι. Vide Gloss.

204. εἴ τι μὴ βλάπτει. Formula Atticæ urbanitatis, ut interdum εἰ μηδὲν ἀποκωλύει et similia apud pedestris sermonis scriptores. Confer v. 782.

205. καὶ λέγειν, etiam narrare, i. e. οὐ μόνον πάσχειν ἀλλὰ καὶ λέγειν, ut καὶ λέγουσ' αἰσχύνομαι v. 660. Nam structura manifesto est ἀλγεινὰ μὲν λέγειν, ἀλγεινὰ δὲ σιγᾶν.

208. στάσις—οἱ μέν. Dictum ut Antig. 260. λόγοι δὲ ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοὶ, φύλαξ ἐλέγχων φύλακα, ubi plura exempla congessit Wunderus.

209. ἔδρης plurimi libri, quod servandum censuerunt quidam editores. Similiter νηὸς Theb. 62.

omnes præter Med. Barocc. qui Atticam formam ναὸς præbent. Sed frustra unius Ionismi in senario defensionem suscipias, nisi aut totum locum Ionice scriptum fuisse ostendas, aut causam tam insignis licentia divinare liceat. Simili errore legitur in tribus codd. γαρνέται pro γηρύεται sup. v. 78. ματρὸς pro μητρὸς in omnibus fere libris Theb. 527. ἐλεεινὸς contra metrum inf. v. 254. Quæstio paullo diversa est de formis quales sunt εἰσοιχνεῦσιν v. 122. de quibus vide Præfationem. Quæro autem, cur qui hoc loco ἔδρης tueantur, ἄκρην in ἄκραν mutaverint inf. v. 695.

210. ἀνάστη multi libri, quod tueri laborat Wellauerus. Sed alterum certe simplicius est; et semper fere inter subjunctivum et optativum fluctuant MSS. Vide ad vv. 473. 677.

ένταῦθ' ἔγω τὰ λῶστα βουλεύων πιθεῖν
 Τιτᾶνας, Οὐρανοῦ τε καὶ Χθονὸς τέκνα,
 οὐκ ἡδυνήθην· αἰμύλας δὲ μηχανὰς
 ἀτιμάσαντες καρτεροῖς φρονήμασιν 215
 ὥστεντ' ἀμοχθὶ πρὸς βίαν τε δεσπόσειν.
 ἐμοὶ δὲ μήτηρ οὐχ ἅπαξ μόνον Θέμις,
 καὶ Γαῖα, πολλῶν ὄνομάτων μορφὴ μία,
 τὸ μέλλον ἥ κραίνοιτο προύτεθεσπίκει,
 ὡς οὐ κατ' ἵσχὺν οὐδὲ πρὸς τὸ καρτερὸν 220
 χρείη, δόλῳ δὲ, τοὺς ὑπερσχόντας κρατεῖν.
 τοιαῦτ' ἐμοῦ λόγοισιν ἔξηγουμένου,
 οὐκ ἡξίωσαν οὐδὲ προσβλέψαι τὸ πᾶν.
 κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε

212. Ad πιθεῖν supple αὐτὰ, ut dicitur πείθειν τινά τι. Nota etiam rariorem aoristi formam, nec tamen aut tragicis aut comicis ignotam. Hinc deducitur epicum πιθέω, unde πιθήσασα Cho. 607.

215. καρτεροῖς φρονήμασιν hic idem est ac si dixisset τὸ καρτερὸν φρόνουντες. Dolos et fraudes nihil habebant, confisi viribus suis; etsi saepe mihi prædixerat Themis, rem non nisi per astutias confectum iri.

218. Minime hic dicit, (quod quidem falsissimum fuisset,) eandem esse Terram ac Themidem (Themis enim Terræ filia erat, Eum. 2. infra v. 893, ubi Titanis dicitur, id est, Terra orta, Eum. 4,) sed et Themidem et Terram, quarum utraque Oraculum Delphis insederat, (Eum. 1.) hoc sibi præ-

dixisse. Dicitur Terra πολυώνυμος, quia vocabatur etiam Rhea, Deo, Demeter, etc.

219. κρανοῦτο Dindorfius post Elmsleium, egregia conjectura, Laudat Vir Doctus II. ix. 626. οὐ γάρ μοι δοκέει μύθοιο τελευτῇ τῆδε γ' ὁδῷ κρανέεσθαι. κρανοῦσι legitur Herack 197. Sed confer vv. 969. 178.

221. χρείη Dawesius pro χρη̄ ḥ, vel χρεῖ ḥ, quod divisim scripserunt librarii prosodiæ simul et grammaticæ ignari. ὑπερσχόντας pro ὑπερέχοντας (scil. C pro Ε) Porsonus. Alterum profecto ægre patitur lex Ἀeschylei trimetri. Aoristi participium sic intellige: qui summa rerum potiti essent. Pers. 705. βροτῶν πάντων ὑπερσχῶν ὅλον.

222. τοιαῦτα, scil. τὰ περὶ δόλου καὶ αἰμύλας μηχανάς.

έφαινετ' εἶναι προσλαβόντι μητέρα, 225
 ἐκόνθ' ἐκόντι Ζηνὶ συμπαραστατεῖν.
 ἐμαῖς δὲ βουλαῖς Ταρτάρου μελαμβαθῆς
 κευθμῶν καλύπτει τὸν παλαιγυενῆ Κρόνον
 αὐτοῖσι συμμάχοισι. τοιάδ' ἔξ ἐμοῦ
 δ τῶν θεῶν τύραννος ἀφελημένος 230
 κακαῖσι ποιναῖς ταισδέ μ' ἀντημείψατο.
 ἔνεστι γάρ πως τοῦτο τῇ τυραννίδι
 νόσημα, τοῖς φίλοισι μὴ πεποιθέναι.
 ὃ δ' οὖν ἐρωτᾶτ', αἰτίαν καθ' ἥντινα
 αἰκίζεται με, τοῦτο δὴ σαφηνιώ. 235
 ὅπως τάχιστα τὸν πατρῷον ἐς θρόνον
 καθέζετ', εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα
 ἄλλοισιν ἄλλα, καὶ διεστοιχίζετο

225. Pauci tantum libri *προσλαβόντα*. Recte videntur Well. et Scholef. dativum tueri: *matre in consilium adhibita*. Quod nihil aliud valet, quam *consulto oraculo*. Confer v. 893. Accusativus ἐκόντα (sc. ἐφαίνετο ἐμοὶ κράτιστον εἶναι, (ἐμέ) ἐκόντα κ. τ. λ.) satis frequens est post pronomen dativo casu positum.—*τῶν παρεστώτων τότε, eorum quae tunc mihi animo se obtulerunt, ut sēpe dicitur παρέστη μοι τοῦτο, παρέστησέ μοι ὁργὴν, etc.* Confer Ag. 1020. Dicit autem Prometheus, se primo quidem cum Titanibus stetisse; qui quum prudētia consilia persuaderi nollent, ad Jovis partes statim transvisse. Vide GROTE, *History of Greece*, Vol. I. p. 108 etc.

231. ἐξημείψατο vulgo, quod non videtur alibi hoc sensu occurrere. Itaque probavit Dindorfius Blomfieldium ex duobus libris ἀντημείψατο reponentem. Theb. 1043. παθῶν κακῶς, κακοῖσιν ἀντημείψετο. Cho. 115. πῶς δ' οὐ; τὸν ἐχθρὸν ἀνταμείβεσθαι κακοῖς. Soph. Antig. 643. ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμνωται κακοῖς.

238. διεστοιχίζετο ἀρχὴν, suum ipse imperium sibi ordinabat ac digerebat. Hesychius: διεστοιχίζετο διετίθετο ἐν στοίχῳ καὶ τάξει. διῆρει ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς σηκοὺς εἰσαγόντων τὰ ποίμνια καὶ διακρινόντων ἐκ τῆς νομῆς ἐκάστῳ τὰ ἴδια. DIND. Confer inf. v. 492. Videtur respxisse Hesiodum, Theog. 71. ὁ δ' οὐρανῷ ἐμβασιλεύει κάρτει νικήσας

ἀρχήν· θροτῶν δὲ τῶν ταλαιπώρων λόγον
οὐκ ἔσχεν οὐδέν', ἀλλ' αἰστώσας γένος 240
τὸ πᾶν, ἔχρηζεν ἀλλο φιτῦσαι νέον.
καὶ τοισίδ' οὐδεὶς ἀντέβαινε πλὴν ἐμοῦ·
ἔγὼ δ' ἐτόλμησ· τέξερυσάμην θροτοὺς

πατέρα Κρόνον· εὐ δὲ ἔκαστα ἀθανάτοις διέταξεν ὅμῶς, καὶ ἐπέφραδε τιμάς.

240. Notandum αἰστώσας non tam ad ἔχρηζεν quam ad φιτῦσαι pertinere.

242. τοῖσιν libri. τοισίδ' Elmsleius, qui monet has voces sæpius permutari. Cf. v. 152. Quod nisi certissimum esset, τοῖσιν pro τούτοισι possum fortasse aliquis tueri ausit. Sed nusquam emphaticum est, ac quinties tantummodo apud Ἐschylum legitur, Ag. 7. Eum. 132. 166. Theb. 380. 974, ubi non tam pro τούτοις quam pro αὐτοῖς ponitur. Aliter se habet Eum. 323.

243. ἔξελυσάμην Med. Rob. alii quod prætulit Dind. quia vulgatum scribendum fuissest ἔξερυσάμην, monente Well. Quibus responderem possis, primum, quod ἔξελυσα potius quam ἔξελυσάμην postulat sententia; deinde, ὅτι θανεῖν ἔρρυσάμην Alcest. 11. huc plane pertinere; denique, non ita manifestum esse, epicorum usum hoc loco non potuisse sequi poetam. Non magis durum est ἔξερυσάμην quam ἀγνοῦτων, quod postulat metrum, in v. 442. φονορύτῳ Theb. 929. ἀμφιρύτῳ Ajac. 134. ἐπτάρους Ἐsch.

Frag. 290. ἐράπτομεν Od. xvi.
379. καλλίροος Pind. Isthm. vii.
19. Ol. vi. 83. αὐτόρουτος Pyth.
xii. 17. ἄρεκτον Il. xix. 150.
ἀκυρόφ ib. vii. 133. Ἀesch. Frag.
Cress. 109. αὐτορέγμονος πότμου.
Confer etiam θεόσυτος v. 116. et
κραιπνόσυτον v. 287. et quod eodem
redit, correpta syllaba ante ρ in
ῥαχίαισιν v. 732. Non semper in
his literis duplicandis sibi constab-
ant etiam prosæ orationis scrip-
tores, ut ἄρνθμος pro ἄρρνθμος, ἄράβ-
δωτος et proxime ἄρράβδωτος, in
vet. Inscriptione apud Rose, p. 199.
circa annum A. C. 409. exarata.
Vide Rose ibid. Prolegg. p. xlvi.
Μυρίνες pro Μυρρίνης sive Μυρσίνης
ap. *Athens and Attica*, p. 215.
ἐκλύσαι utitur Ἐschylus inf. vv.
334. 347. ἐκλύσεται Eum. 166.
sibi redimere poterit, et sic fortasse
Androm. 818. θανάτου νιν ἐκλύ-
σασθε. Sed CEd. Tyr. 1003. φόβου
τε ἔξελυσάμην, pro ἔξελυσα accipi
potest. In Ajac. 531. φόβοισί γ' αὐτὸν ἔξελυσάμην vertendum est,
præ metu eum a periculo liberan-
dum curavi. Ceterum expectaverit
aliquis fortasse aut τὸ μῆθανεν,
i. e. ὥστε μῆ, aut τοῦ θανεῖν, sine
μῆ. Sed utraque structura quo-
dammodo conjungitur; sive, ut ac-

τοῦ μὴ διαρραισθέντας εἰς Αἴδου μολεῖν.

τῷ τοι τοιαῖσδε πημοναῖσι κάμπτομαι, 245
πάσχειν μὲν ἀλγειναῖσιν, οἰκτραῖσιν δ' ἰδεῖν
θυητοὺς δ' ἐν οἰκτῷ προθέμενος, τούτου τυχεῖν
οὐκ ἡξιώθην αὐτὸς, ἀλλὰ νηλεῶς
ἀδ' ἔρρυθμισμαί, Ζηνὶ δυσκλεής θέα. —

ΧΟ. σιδηρόφρων τε κάκ πέτρας είργασμένος, 250
ὅστις, Προμηθεῦ, σοῖσιν οὐ ξυνασχαλᾶ
μόχθοις· ἐγὼ γὰρ οὔτ' ἀν εἰσιδεῖν τάδε
ἔχρηζον, εἰσιδοῦσά τ' ἡλγύνθην κέαρ.

ΠΡ. καὶ μὴν φίλοις ἐλεινὸς εἰσορᾶν ἐγώ.

curatiorem rationem reddas, additur μὴ propter negativam vim, sive prohibendi notionem, in v. ἐξερυ-
σάμην. Similiter ἡ ἀπορία τοῦ μὴ ησυχάζειν Thucyd. II. 49. Dem. Mid. p. 572, fin. τολλά γὰρ πρὸ τοῦ μὴ τὸ σῶμα ἔκαστον υβρίζεσθαι πεποιήκασιν οἱ νόμοι, i.e. potius quam ut. Ibid. p. 527. τοῦ μὴ μετ' ὄργης ἀπέχει, i.e. ἀπέχει τοῦ ποιῆσαι μετ' ὄργης. Antiphanes ap. Mus. Phil. Cant. I. p. 594. de columbis regis capiti incidentibus: ἐπείρουσαι δὲ (imo ἀπαίρουσαι) μικρὸν οὐ πολὺ τοῦ μήτ' ἐκεῖστε μήτε δεῦρο, παντελῶς οὗτοις ἀνερρίπιζον, ὥστε σύμμετρον αὐτῷ τὸ πνεῦμα, μὴ περίσκληρον ποιεῖν, nisi hoc quidem loco τοῦ ἐκεῖσε ponitur ut iέναι τοῦ πρόσω, Ajax. 731.

245. κάμπτομαι, i.e. κάμπτει με ο Zeus, flectere conatur. Nihil est, quod objecerunt quidam critici, κνάπτομαι vel κνάμπτομαι reponentes, humilitatis atque obsequii no-

tionem in v. κάμπτομαι Promethei personae parum convenire. Confer v. 314. et 521.

247. ἐν οἰκτῷ προθέμενος. Mortales autem quum mihi miserandos proposuerim, misericordia ipse non dignatus sum. ἐν αἰσχρῷ θέμενος ex Hecub. 806. laudat Elmsleius.

248. ἀνηλεῶς libri, quod tuetur Well. ἀνηλεῖς et ἀνηλῆς reperiuntur quidem, sed νηλῆς sup. v. 42. et νηλεῶς Cho. 234. postulat metrum. Hic autem proprio sensu usurpatur, pro ἀνεύ ἐλέου.

254. ἐλεινὸς Pors. pro ἐλεινός. Epicam formam servavit Well. metri securus. Supra v. 247. querebatur Prometheus, sibi non contigisse eandem quam mortalibus præstisisset misericordiam. Respondet chorus, At durus esset qui tui non misereretur. Ego enim certe te videns animo doleo. Itaque nunc dicit ille, "At non nisi amicis misericordia dignus videor." Ce-

ΧΟ. μή πού τι προύβης τωνδε καὶ περαιτέρω; 255

ΠΡ. θυητούσῃ γέ ἐπαυστα μὴ προδέρκεσθαι μόρον.

ΧΟ. τὸ ποῖον εὔρων τῆσδε φάρμακον νόσου;

ΠΡ. τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας κατώκισα.

ΧΟ. μέγ' ὥφελημα τοῦτ' ἐδωρήσω βροτοῖς.

ΠΡ. πρὸς τοῦσδε μέντοι πῦρ ἐγώ σφιν ὥπασα. 260

ΧΟ. καὶ νῦν φλοιωπὸν πῦρ ἔχουσ' ἐφήμεροι;

ΠΡ. ἀφ' οὗ γε πολλὰς ἐκμαθήσονται τέχνας.

ΧΟ. τοιοῦσδε δή σε Ζεὺς ἐπ' αἰτιάμασιν

αἰκίζεται τε κούδαμῆ χαλᾶ κακῶν;

οὐδὲ ἔστιν ἄθλου τέρμα σοι προκείμενον; 265 ✓

ΠΡ. οὐκ ἄλλο γ' οὐδὲν, πλὴν ὅταν κείνῳ δοκῇ.

ΧΟ. δόξει δὲ πῶς; τίς ἐλπίς; οὐχ ὄρᾶς ὅτι

ἡμαρτεῖς; ὡς δ' ἡμαρτεῖς, οὕτ' ἐμοὶ λέγειν

καθ' ἡδονὴν, σοὶ τ' ἄλγος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
μεθῶμεν, ἄθλων δὲ ἕκλυσιν ζήτει τινά. 270

ΠΡ. ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα

terum illæ, totum crimen sciscitari
pergentes, sermonem a v. 245. con-
tinuant, qui interruptus erat a v.
οἰκτραῖσιν, v. 246. Loci sententiam
non assequutus Burgesius dedit
καὶ μὴ φίλοις ἐλεινὸς κ. τ. λ. etiam
hostibus, non male quidem, si μὴ
φίλοις pro τοῖς μὴ φίλοις recte dici
potest. Sed perperam idem Vir-
doctus, quae est ejus libido etiam
sanissima corrumpendi, dedit σιδη-
ρόφρων τ' ἦν, quasi ἐστὶ subaudiri
non potuerit.

258. Hæserunt quidam in v.
τυφλὰς, quod consulto propter op-
positionem in προδέρκεσθαι adjici-
tur. Cæcus profecto ipse fuisse

videtur qui στυφλὰς conjectit. Du-
biūm est, an Pandoreæ fabula hic
respiciatur, Hesiod. Opp. 96.

264. χαλᾶ pro χαλάσει, κακῶν
a κακόω, Burgesio est. Neutrūm
verum puto: non enim dicit οὐδαμῆ,
sed οὐδαμῆ. Pronomen etiam cum
χαλᾶ construendum est.

271. ἐλαφρὸν, ὅστις, κ. τ. λ. fa-
cile est ei, qui etc. Fallitur Burges.
corrigenς ἐλαφρός. Proverbium ἐλα-
φρὸν παραινεῖν τὸν κακῶν πεπραγότα
servavit Bekk. Anecd. p. 38. τὸν
κακῶν πράσσοντ' pro τοὺς κακῶν
πράσσοντας emendavit Stanl. Vide
similem errorem Eum. 303. Confer
autem Cho. 684.



ἔχει, παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς
πράσσοντ· ἐγὼ δὲ ταῦθ' ἀπαντ' ήπιστάμην.
έκων ἔκων ἥμαρτον, οὐκ ἀρνήσομαι.

> θυητοῖς δ' ἀρήγων αὐτὸς ηὑρόμην πόνους. 275
οὐ μήν, τι ποινᾶς γ' ωδόμην τοίαισι μη
κατισχνανεῖσθαι πρὸς πέτραις πεδαροῖς,
τυχόντ' ἐρήμου τοῦδ' ἀγειτονῆς πάγου.
καί μοι τὰ μὲν παρόντα μὴ δύρεσθ' ἄχη,
πέδοι δὲ βάσαι τὰς προσερπούσας τύχας 280
ἀκούσαθ', ως μάθητε διὰ τέλους τὸ πᾶν.
πίθεσθέ μοι, πίθεσθε, συμπονήσατε
τῷ νῦν μογοῦντι. ταυτά τοι πλανωμένη
πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει.

ΧΟ. οὐκ ἀκούσαις ἐπεθώνξας 285
τοῦτο, Προμηθεῦ·
καὶ νῦν ἐλαφρῷ ποδὶ κραιπνόσυτον
θâκον προλιποῦσ', αἰθέρα θ' ἀγνὸν,
πόρον οἰωνῶν, ὄκριοέσση

277. *κατισχνανεῖσθαι*: libri omnes, uno tantum excepto, in quo *κατισχνανεῖσθαι* recte scriptum est. Mireris Viros doctos diversas formas ejusdem vocis putavisse *ἰσχάνω* et *ἰσχνάνω*. Hoc enim ab *ἰσχνός*, illud *ἰσχῶ* deducitur, ut ἐρυκάνω ab ἐρύκω, *ἴζων* ab *ἴζω*, etc. Confer omnino πέτρᾳ προσανανόμενον v. 151.—*τοιαῦσδε* Elmsleius, recte fortasse. Nam *τοιόσδε* fortius est et δεικτικότερον quam *τοῖς*.

279. μὴ δύρεσθ' Med. Vulgo μὴ
'δύρεσθ'. In Pers. 584. breviorem
formam postulat metrum, δυρόμενοι

γέροντες. Pro καὶ μοι Rob. καίτοι
habet, optime quidem, modo vere.

282. Vulgo πείθεσθε. Aoristum
prætulerunt Elmsl. Blomf. Dind.
propter sequens aoristum συμπονή-
σατε.

283. Melius fortasse ταῦτά τοι,
īta sit ut—, quod quidam libri præ-
bent. Metaphoram vide ad Suppl.
322. *ἴζανειν* vel ἐφιζάνειν saepissime
de volante avicula vel api dicitur,
cui aptum est participium πλανω-
μένη.

289. ὄκρυοέσση vulgo, quod est
gelida. ὄκριοέσση, *aspera*, in tribus

χθονὶ τῆδε πελῶ· τοὺς σοὺς δὲ πόνους 290
 χρήζω διὰ παντὸς ἀκοῦσαι.

ΟΚΕΑΝΟΣ.

ἢκω δολιχῆς τέρμα κελεύθου.
 διαμειψάμενος πρός σε, Προμηθεῦ,
 τὸν πτερυγωκῆ τόνδ' οἰωνὸν
 γνώμῃ στομίων ἀτερ εὐθύνων. 295
 ταῖς σαῖς δὲ τύχαις, ἵσθι, συναλγῶ·
 τό τε γάρ με, δοκῶ, ξυγγενὲς οὔτως
 ἐσαναγκάζει, χωρίς τε γένους
 οὐκ ἔστιν ὅτῳ μείζονα μοῖραν
 νείμαιμ', ἢ σοί. 300
 γνώστει δὲ τάδ' ὡς ἔτυμ', οὐδὲ μάτην
 χαριτογλωσσεῖν ἔνι μοι φέρε γάρ,

tantum libris servatur. Confer
Theb. 289. inf. 1037. ubi ὄκριδα
φάραγγα.

292. "Dicendum erat κέλευθον
διαμειψάμενος, pro quo τέρμα κελεύ-
θου dixit, ratione habita verbi ἢκω."
DIND. Scenam ingreditur vene-
rabilis pater Oceanus, volucri in-
equitans utequo, quare τετρυσκελής
fingitur v. 403. Videtur autem
poeta Oceani sedem in Occidente
versus Atlantem posuisse, τέρμονας
Ἀτλαντικὸν, Hippol. v. 3, ubi male
reprehendit Monkius scholiastam
v. πόντου de Euxino intelligentem,
quia ibi, ut hoc loco, Atlantem et
Euxinum extremos mundi terminos
esse voluit poeta. Quare ab Occi-
dente ad Orientem si venit Oceanus,
δολιχῆν κέλευθον emensus recte dici-

tur. Verissime autem notavit Bur-
gesius hinc manifestum fieri, cur
Oceanus Atlantis supplicium probe
noverit, inf. 356, seqq. ut qui πρὸς
ἔσπερους τόπους ἔστηκε.

299. Structuram optativi illus-
trat Ag. 603. οὐκ ἔσθ' ὅπως λέξαιμι
τὰ ψευδὴ καλὰ, ubi subtilius eam
explicare conatur Peile. Cho. 164.
οὐκ ἔστιν ὅστις πλὴν ἐνὸς κείραιτό
νιν. Est autem μείζω μοῖραν νέμειν
mos ab heroicis temporibus deduc-
tus, cum major cibi portio magna-
tibus dividebatur; unde Homerus
δαιτὸς ἔστης utitur, cum omnes
aquam partem accepissent. Confer
Il. xii. 311. Od. xx. 280. μείζον'
ἄν ὥραν Burgesius, ut εἰ πατρὸς
νέμοι τιν' ὥραν Trach. 57, ingeniose
quidem, sed sine ulla causa.

σήμαιν' ὅτι χρή σοι ξυμπράσσειν·
οὐ γάρ ποτ' ἐρεῖς ὡς Ὁκεανοῦ
φίλος ἔστι βεβαιότερός σοι.

305

ΠΡ. ἕα, τί χρῆμα; καὶ σὺ δὴ πόνων ἐμῶν
ἥκεις ἐπόπτης πῶς ἐτόλμησας, λιπὼν
ἐπώνυμόν τε ρέμα καὶ πετρηρεφῆ
αὐτόκτιτ' ἄντρα, τὴν σιδηρομήτορα
ἔλθειν ἐς αἰαν; ἥ θεωρήσων τύχας
ἐμὰς ἀφίξαι, καὶ ξυνασχαλῶν κακοῖς;
δέρκου θέαμα, τόνδε τὸν Διὸς φίλον,
τὸν ξυγκαταστήσαντα τὴν τυραννίδα,
οἵας ὑπ' αὐτοῦ πημοναῖσι κάμπτομαι.

310

ΩΚ. δρῶ, Προμηθεῦ, καὶ παραινέσαι γέ σοι
θέλω τὰ λῷστα, καίπερ ὅντι ποικίλω.
γίγνωσκε σαντὸν, καὶ μεθάρμοσαι τρόπους
νέους· νέος γὰρ καὶ τύραννος ἐν θεοῖς.
εἰ δὲ ὅδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους
ῥίψεις, τάχ' ἀν σου καὶ μακρὰν ἀνωτέρω
θακῶν κλύνοι Ζεὺς, ὥστε σοι τὸν νῦν χόλον

315

314. κάμπτομαι. Vide ad v. 245.
Inepte Burgesius οὐ κάμπτομαι.

317. μεθάρμοσαι. Novos mores
accipias, omissa priore indole. Sic
Alcest. v. 1157. νῦν γὰρ μεθηρμόσ-
μεσθα βελτίων βίον. Unde paullo
audacius dicitur Eum. 468. νῦν
καταστροφαῖ νέων θεσμίων.

319. De locutione ῥίπτειν λόγους
vide ad Suppl. 478. inf. 953. Ag.
1035. ἀνωτέρω θακῶν ut Suppl. 94.
594.

321. χόλον. ὁ χόλον conjectit Dind.

comparans locum non admodum
similem, v. 845. Jungendum est
μόχθων παιδιάν, ludicum tantum
doloris imitamentum. Scholiasta :
ῶστε τὴν νῦν προσοῦσαν ὄργὴν αὐτῷ
παίγνιον εἶναι δοκεῖν σοι. Recte hoc;
male autem alias Schol. τὴν λύπην
τῶν νῦν δυστυχιῶν explicat. χόλον
enim non Prometheus, sed Jovis est.
Non enim indignationem quam
conceperat ob labores, sed ipsos
labores rem ludicram putaturus
erat. Siquid corrigendum, proba-

παρόντα μόχθων παιδιάν εἶναι δοκεῖν.
 ἀλλ', ὡς ταλαιπωρ', ἃς ἔχεις ὄργας ἄφει,
 ζῆτει δὲ τῶνδε πημάτων ἀπαλλαγάς.
 ἀρχαῖ' ἵσως σοι φαίνομαι λέγειν τάδε· 325
 τοιαῦτα μέντοι τῆς ἄγαν ύψηγόρου
 γλώσσης, Προμηθεῦ, τάπιχειρα γίγνεται.
 σὺ δὲ οὐδέπω ταπεινὸς, οὐδὲ εἴκεις κακοῖς,
 πρὸς τοῖς παροῦσι δὲ ἄλλα προσλαβεῖν θέλεις.
 οὔκουν ἐμοὶ γε χρώμενος διδασκάλω 330
 πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, ὅρῶν ὅτι
 τραχὺς μόναρχος οὐδὲ ὑπεύθυνος κρατεῖ.
 καὶ νῦν ἐγὼ μὲν εἰμι καὶ πειράσομαι
 ἐὰν δύνωμαι τῶνδε σ' ἐκλῦσαι πόνων.
 σὺ δὲ ησύχαζε, μηδὲ ἄγαν λαβροστόμει. 335
 ηδὲ οὐκ οἰσθ' ἀκριβῶς, ὡν περισσόφρων, ὅτι

bilius videtur ὅτλον (Theb. 18.)
 quam ὅχλον. Sed satis facile in-
 telligitur τὸν νῦν παρόντα Διὸς
 χόλον, quum proxime præcessisset
 Ζεύς.

323. ὄργας, Angl. *temper*, ut
 Suppl. 743.

325. ἀρχαῖα, Angl. *old-fashion-
 ed, stale*. Plut. 323. ἀρχαῖον καὶ
 σαπρόν. Nub. 1357. 1469. *as
 ἀρχαῖος* εῖ.

327. ἐπίχειρα, *merces*. Vim et
 originem hujus vocis exposuit Do-
 naldson, *New Cratylus*, p. 223.

330. Notandum tironibus, par-
 ticulas οὖν—γε st̄eplissime idem va-
 lere quod γοῦν, *saltēm*, ut Antig.
 ἀλλ' οὖν προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενὶ^ν
 τοῦργον. Sic OEd. Col. 924, 651.

Antig. 321. Heraclid. 191. Eccles.
 850. inf. 526. Quare si rectius hic
 putes ἐμοὶ γε quam ἔμαιγε, male
 interpungitur post οὔκουν.

331. Confer Ag. 1602. πρὸς
 κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ παίσας μόγης.
 De bubus reluctantibus dicitur,
 quæ cum stimulis excitantur, recal-
 citrando gravius punguntur.

335. λαυροστόμει pauci libri.
 Scilicet in codicibus serioris ætatis
 eadem forma exarantur literæ β
 et ν. Sic ἐβδόμῳ et ενδόμῳ, Theb.
 271. νανάτης et νανβάτης exhibit
 libri Pers. 377. νανατῶν pro ναν-
 βατῶν Eum. 434. λαῦρος pro λάβρον
 unus liber Pind. Nem. VIII. 46.
 Ultraque litera, et β et ν, nostram
 ν valebat.

γλώσση ματαίᾳ ζημίᾳ προστρίβεται;

ΠΡ. ζηλῶ σ', ὁθούνεκ' ἔκτὸς αἰτίας κυρεῖς,

πάντων μετασχῶν καὶ τετολμηκῶς ἐμοί.

καὶ νῦν ἔασον, μηδέ σοι μελησάτω. 340

πάρτως γὰρ οὐ πείσεις νιν οὐ γὰρ εὐπιθής.

πάπταινε δ', αὐτὸς μή τι πημανθῆς ὀδῶ.

ΩΚ. πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς

ἢ σαυτόν· ἔργῳ κού λόγῳ τέκμαίρομαι.

ὅρμωμενον δὲ μηδαμῶς μ' ἀντισπάσης. 345

αὐχῶ γὰρ, αὐχῶ τήνδε δωρεὰν ἐμοὶ

δώσειν Δί', ὥστε τῶνδέ σ' ἐκλῦσαι πόνων.

ΠΡ. τὰ μέν σ' ἐπαινῶ, κούδαμῇ ληξῷ ποτέ·

337. προστρίβεται, *infilitur*.

Proprie, ut videtur, de servorum pœna, ut Equit. 5. πληγὰς ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις, unde πρόστριψμα pro ζημίᾳ, Ag. 386; deinde etiam de re bona, sive emolumento, ut Dem. Androt. p. 617. στέφανος μὲν ἄπας—πλούτου τινα δόξαν προστρίψατο τοῖς κεκτημένοις.

339. ἐμοὶ ad μετασχῶν potius pertinet, nisi quod notio societatis in hoc participio facit ut τετολμηκῶς valeat ξυντετολμηκώς. Hunc usum plerumque obtinere in verbis cum σὺν compositis notavit Dind. Sic Antig. 537. καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τὴν αἰτίας. Arist. Lysis. 44. κροκωτὰ φαρούσαι, καὶ κεκαλλωπισμέναι, καὶ Κιμβερίκ' ὄρθοστάδια καὶ περιβαρίδας. Confer etiam ΟΕδ. Col. 584.

340. μηδέ σοι μελησάτω. Sic μή σε τικησάτω, Ajax. 1334. μή δοκησάτω τινί Theb. 1030. Scilicet

tertia persona dicebant Græci μὴ γενέσθω, etsi secunda solæcum putabant μὴ γενοῦ, pro quo semper dicebant μὴ γένη. Quod monendi erant tirones propter inscitam Burgessii annotationem ad hunc locum.

345. μ' post μηδαμῶς addiderunt Blomf. Dind. ex duobus libris. Sic excidit σ' (sed post σ) Suppl. 504. Vide Elmsl. ad Heracl. 52.

348. τὰ μέν σ' ἐπαινῶ, i.e. τῆς μὲν προθυμίας ἐπαινῶ σε ἄταρ, κ. τ. λ. Respicitur autem Attica formula declinandi beneficii, ut Ran. 508. κάλλιστ', ἐπαινῶ. Xen. Conviv. 1: 7. οἱ ἀμφὶ τὸν Σωκράτην, ἐπαινοῦντες τὴν κλῆσιν, οὐχ ὑπισχυοῦντο συνδειπνήσειν. Nec aliter intelligendum Acharn. 485. ἐπήνεστ' ἄγε νυν, ὃ τάλαινα καρδία, ubi ψυχὴ reluctantans dicit istud ἐπήνεσα, Angl. no, thank you. τὰ μὲν σ' pro τὰ μὲν σα accipi posse observat Blomf. quem tamen male sequitur Griffiths.

προθυμίας γάρ οὐδὲν ἐλλείπεις· ἀτάρ,
μηδὲν πόνει· μάτην γάρ, οὐδὲν ὠφελῶν
έμοι, πονήσεις, εἴ τι καὶ πονεῖν θέλεις.
ἀλλ' ήσύχαζε, σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων·
ἔγῳ γάρ οὐκ εἰ δυστυχῶ τοῦδε εἴνεκα
θέλοιμ· ἀν ως πλείστοισι πημονὰς τυχεῖν.

[ΩΚ.] οὐ δῆτ', ἐπεί με καὶ καστιγνήτου τύχαι 355

350. ὠφελεῖν cum dativo legitur etiam Pers. 838. ως τοῖς θαυμοῦσι πλοῦτος οὐδὲν ὠφελεῖ. Antig. 560. ὥστε τοῖς θαυμοῦσιν ὠφελεῖν. Arist. Av. 420. φίλοισιν ὠφελεῖν ἔχειν.

353. Impeditio est ordo verborum pro οὐ γάρ, εἰ ἔγῳ δυστυχῶ, τοῦδε εἴνεκα, κ. τ. λ.—εἴνεκα libri omnes, ut Suppl. 184. Vide ibid. ad v. 984. Veram formam rarissime servarunt libri veteres, qui οὖνεκα plerumque exhibent. Sed ubique, etiam contra libros, reponendum esse εἴνεκα arguit analogia, quod primus indicavit Donaldson, *New Cratylus*, p. 358. εἴνεκα Epicum est pro ἔνεκα, οὖνεκα autem non nisi pro οὐ ἔνεκα ponи potest, ut τούνεκα

pro τοῦ sc. τούτου ἔνεκα. Nam hæc interdum sibi respondent, ut

II. III. 403.

οὖνεκα δὴ μὲν δῖον Ἀλέξανδρον Μενέλαος νικήσας ἐθέλει στυγερῆν ἐμὲ οἰκαδ' ἄγεσθαι, τούνεκα δὴ μὲν δεῦρο δολοφρονέουσα παρέστης;

Hes. Theog. 88.

τούνεκα γάρ βασιλῆς ἔχέφρονες, οὖνεκα λαοῖς βλαπτομένοις ἀγορῆφι μετάτροπα ἔργα τελεῦσι.

Unum exemplum legitimum ejus

usum planissime ostendit, Od. III. 60. δὸς δ' ἔτι Τηλέμαχον καὶ ἐμὲ πρήξαντα νέεσθαι οὖνεκα δεῦρ' ικόμεσθα θοῇ σὺν νηὶ μελαίνῃ, i. e. ἐκεῖνο, οὐ ἔνεκα. Similiter in ΟΕδ. Col. 1395. ἐξάγγελλ' ίων—οὖνεκ' Οἰδίποιος τοιαῦτ' ἔνειμε παισὶ τοῖς αὐτοῦ γέρᾳ, nullo modo dici potuissest ἐξάγγελλε ἔνεκα ἔνειμε. Conferetiam Suppl. 629. Itaque necesse est aliud sit εἴνεκα vel ἔνεκα, aliud οὖνεκα, quod incredibile est sub eadem forma et εἴνεκα et οὐ ἔνεκα simul repræsentare. οὐθούνεκα autem (v. 328.) pro ὅτου ἔνεκα, vel δ, τοῦ ἔνεκα positum, idem plane est quod οὖνεκα in ΟΕδ. Col. 1395.

354. τυχεῖν cum dativo, accidere, Ag. 623. Suppl. 785.

355. χαι Porsonus, quod non videtur necessarium. Vide ad Pers. 45. Atlas autem frater erat Prometheus, Hes. Theog. 509. Confer notata ad v. 292. Ceterum hos

versus, usque ad v. 384, Prometheus, non Oceano, ut in libris est, tribuendos esse censem Elmsl. Schütz. Dind. Well. Blomf. Exempla particularum οὐ δῆτ', ἐπεὶ

τείρουσ' Ἀτλαντος, ὃς πρὸς ἐσπέρους τόπους
ἔστηκε, κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
ῶμοις ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον.
τὸν γηγενῆ τε Κιλικίων οἰκήτορα

similiter positarum in continua ejusdem personæ oratione laudavit Dind. ex CEd. Col. 435. Alcest. 557. Heracl. 507. Quibus addit Burges. Hec. 367. Hippol. 1062. et quod verissime notavit Dindorius, inexorabilem et crudelem esse Jovem Promethei, non Oceanī erat ostendere; debebat etiam vaticinum de *Ætnā* v. 375. ex Prometheo audiri, qui πάντα προὔξεπισταταὶ σκεθρῶς τὰ μέλλοντ'. Respondet Reisigius, quem sequitur Griffiths, verba ὑψηγόρων κομπασμάτων, v. 368. non ab ipso Prometheo, sed in Promethea potius ab alio dicta videri. Difficile est judicare; nam non inepte Oceanī orationem sic exciperet Prometheus, v. 381. "Tu igitur ex tui ipsius fratri fortuna Jovis vindictam cognoscis, docuisse te ejus exemplum quomodo eam evadere possis."

357. Hos versus ita exhibit Robortellus: ἔστηκε κίων οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς, ὕμοις ἐρείδων ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον, quod vulgato longe deterius judicat Dindorius. An recte judicaverit, dubito. Dicitur quidem de Atlante Od. i. 53. ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς μακρὰς, αἱ γαῖαν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν, sed Herod. iv. 184. mons Atlas ipse vocatur κίων τοῦ οὐρανοῦ. Ac longe aptius mundi sustentator Atlas di-

citur *columna stare, grave onus humeris suffulciens, quam columnam humeris sustinens.* Diversam notiōnem de Atlante habuisse Homerum inde colligas, quod ab eo dicuntur hæ columnæ coelum a terra ἀμφὶς ἔχει, i. e. seorsim tenere, quas columnas ἔχει, i. e. observat ac tuerit ne ruant, Atlas. Seriores poetæ gravius Atlanti onus imposuisse videntur. Vide GROTE, *History of Greece*, Vol. I. p. 101. Hes. Theogon. 517. "Ἄτλας δὲ οὐρανὸν εύρὺν ἔχει κρατερῆς ὑπὸ ἀνάγκης, Πείρασιν ἐν γαῖῃς, πρόπαρ Έσπεριδῶν λιγυφώνων, Ἐστηνὸς, κεφαλὴ τε καὶ ἀκαμάτησι χέρεσσι.

359. γηγενῆ, sc. a terra conceptum, Theogon. 820. Et hic et infra v. 945, respexisse videtur Æschylus Pindarum, æqualem sumum, qui scripserat Pyth. i. 31. Τυφὼς ἔκατοντακάρανος, τόν ποτε Κιλίκιον θρέψει πολυάνυμον ἄντρον. Libri autem ἔκατοντακάρηνον, quod solus Well. ausus est tueri, et recte fortasse, si hoc compositum ex epicis sumpsit Æschylus, ut πεντηκοντακάρηνον Hes. Theog. 312. Vide sup. ad v. 122. Scribendum tamen erat ἔκατογκάρηνον. Doricam formam recte reposuisse Blomf. colligit Dindorius ex forma καρανοῦται, Cho. 519.692, καρανιστῆρες, Eum. 177. ἔκατογκάρανοι agnoscit

ἄντρων ἴδων φύκτειρα, δάῖον τέρας, 360
 τέκατογκάρανον πρὸς βίαν χειρούμενον
 Τυφῶνα θοῦρον, πᾶσιν ὃς ἀνέστη θεοῖς,
 σμερδναῖσι γαμφηλαῖσι συρίζων φόνον·
 ἐξ ὄμμάτων δὲ ἡστραπτε γοργωπὸν σέλας,
 ὃς τὴν Διὸς τυραννίδ' ἔκπέρσων βίᾳ· 365
 ἀλλ' ἥλθεν αὐτῷ. Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος,
 καταιβάτης κεραυνὸς ἔκπνεων φλόγα,
 ὃς αὐτὸν ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων
 κομπασμάτων· φρένας γάρ εἰς αὐτὰς τυπεὶς
 ἐφεψαλώθη καξεβροντήθη σθένος. 370
 καὶ νῦν ἀχρείον καὶ παράορον δέμας

Hesychius; sed vera scriptura, nisi magnopere fallor, est ἔκατοντάκρανον, quam reponendam censuit Hermannus. Apud Pindarum, Ol. IV. 11. Pyth. VIII. 20. est Τυφὼς ἔκατογκρανος et ἔκατογκεφέλας.

362. ἀντέστη libri. Wunderlichii emendatio nemini dubia esse debet. Confer II. xxiii. 635. ὃς μοι ἀνέστη. Thucyd. VI. 76. τῷ Μῆδῳ ἀνέστησαν. πᾶσ' ὃς ἀντέστη θεοῖς fortasse defendi possit: vide ad Pers. 846. Ita saltem Hom. II. xx. 497. βωῶν ὑπὸ πόσσ' ἐριμύκων. XXI. 208. χέρσ' ὑπὸ Πηλεΐδαο, nec cuiquam confidenter affirmare licet, similia nunquam ausum esse nostrum poetam. πᾶς ὃς ἀντέστη, i.e. summis viribus, tentare licet, sed frustra.

363. συρίζων φόνον. φόβον Med. Rob. Utramque lectionem agnoscit Schol. sed dijudicare difficillimum est. Apollodorus autem, I. 6. 3. τοι-

οῦτος ὁ Τυφῶν καὶ τηλικοῦτος, ημένας βαλλων πέτρας ἐπ' αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, μετὰ συριγμῶν ὄμοι καὶ βοῆς ἐφέρετο, πολλὴ δὲ ἐκ τοῦ στόματος πυρὸς ἐξέβρασε ζάλη. (cf. v. 379.)

366. Dativum post ἥλθεν ut Theb. 440.

371. παράορον ex Mediceo repositum Dind. pro vulgo παρήορον, quae epica vocis forma est. Hom. II. VII. 156. πολλὸς γάρ τις ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα, ubi Schol. explicat ἐκλελυμένος. Proprie de equo funali usurpatur, qui ad latus suspensus, sc. currui adligatus est. Quoniam autem laxatior est et liberius movetur equus παράσειρος, inde significat χαλαρὸς, solutus vel distentus. Similis forma est πεδάορος, Cho. 581, hoc est μετήορος. ἀπήωρος et ἄωρος etiam apud Homerum leguntur, unde παρήωρον vel παράωρον quidam libri hoc loco

κεῖται στενωποῦ πλησίον θαλασσίον
ἰπούμενος ρίζαισιν. Αἰτναίαις ὑπο·
κορυφαῖς δ' ἐν ἀκραις ἡμενος μυδροκτυπεῖ
“Ηφαιστος, ἐνθεν ἐκραγήσονταί ποτε 375
ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις
τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γύας·
τοιόνδε Τυφῶς ἔξαναζέσει χόλον
θερμῆς τάπλατου βέλεσι πυρπνόου ζάλης,
καίπερ κεραυνῷ Ζηνὸς ἡνθρακωμένος. 380

exhibitent. Vertendum, a helpless and paralised form.

372. Idem fretum vocaverat Homerus στενωπὸν Od. XII. 234.

373. ιπούμενος, pressus, ab ἵπος, Pind. Ol. IV. 10. quem locum resperxit Æschylus, δὲ Αἴτναν ἔχεις ἵπον ἡμερόεσσαν ἐκατογκεφάλα Τυφῶνος. Correxerat Stephanus librorum scripturam ιπούμενος, duo autem codd. cum Med. veram lectio- nem hodie præbuerunt. Cf. Equit. 924. ιπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς. Proprie ἵπος et σκανδάληθρον (Acharn. 687.) sunt partes τῆς μυάγρας (mousetrap).

375. Prædictus Prometheus quod vivente Æschyllo revera evenit, Ol. 75. 2. B. C. 479, quod ex Parii Marmoris certissimo testimonio indicavit Dindorfius. Thucydidem vero Lib. III. 116. rotundo numero uti putat Vir doctus, cum scribit ἐρρύη δὲ περὶ αὐτὸ τὸ ἕαρ τοῦτο ὁ ῥύαξ τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς Αἴτνης, ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον—λέγεται δὲ πεντηκοστῷ ἔτει ῥῆμα τοῦτο μετὰ τὸ πρότερον

ρένμα. τοῦτο, sc. quod anno A.C. 425 accidit. Sed satis definitum est πεντηκοστῷ ἔτει, pro quo potuit generalius πεντήκοντα ἔτεσιν, quare in v. λέγεται fortasse quærenda est aliqua narrationis ambiguitas.

377. λευροὺς Med. Rob. ceteri λευρᾶς, quod male servarunt Well. et Scholef. nam ὁ γῆς, non ἡ γῆ, in usu fuisse hodie satis probatum est. De voce λευρὸς vide ad Suppl. 502. inf. 402.

379. Vulgo θερμοῖς ἀπλήστοι. Sed θερμῆς libri fere omnes, ἀπλάτου autem, quod conjectit Blomf., ideo verum esse videtur, quod Pindarus, Pyth. I. 40. eadem de re scribens posuit ἀπλάτου πυρὸς ἀγνόταται παγαί, nec optime ad sensum diceretur ἀπληστος ζάλη. Nam de periculosa ad craterem accessione propter τὴν θερμότητα cogitandum est. ἀπλάτου autem cum vel ἀπλήτου vel ἀπλάστου scriptum esset, hoc Ionicæ dictionis sectator inscite in ἀπλήστοι mutavisse videatur. De his vocibus vide inf. ad v. 735.

[ΠΡ.] σὺ δ' οὐκ ἄπειρος, οὐδὲ ἐμοῦ διδασκάλου
χρῆζεις· σεαυτὸν σῶζον ὅπως ἐπίστασαι·
έγὼ δὲ τὴν παρούσαν ἀντλήσω τύχην,
ἐστ' ἀν Διὸς φρόνημα λωφήσῃ χόλου.

ΩΚ. οὔκουν, Προμηθεῦ, τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι 385
ὅργης νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;

ΠΡ.^{ντο} έάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ,

382. ὅπως ἐπίστασαι, sc. cedendo, quod ego, inquit, facere non didici. Cf. Eum. 551. Sensus est: Non meo exemplo eges, quum alium jam videris a Jove cruciatum.

386. Multa de hoc versu disputatione critici, difficultatem aliquam sententiae subesse putantes. ὅργης νοσούσα est indeoles quoquo modo affecta, sive iracundia, sive morositate, seu alio modo turbata atque excitata; et νοσούσης dicit pro certo quovis affectu propter medica vocabula μαλθάσσειν, σφρυγᾶν, ισχναίνειν. Quod argutatur Dind. ὅργης hic *iram* idcirco significare, quia modo præcesserit χόλου, id recte quidem dictum est, si ὅργης νοσούσης conjuncta intelligas *iracundiam*, ut recte vertit Cicero, Tusc. Q. III. xxxi. ubi ita hunc locum adumbravit: *Atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo, Mederi posse rationem (orationem) conjicit Steph.) iracundiae: respondet Prometheus, Siquidem qui tempestivam medicinam admovens Non ad gravescens volnus illidat manus. Itaque ισχναίνειν βίᾳ intellexit philosophus de medici manu turgescentem tu-*

morem asperius premente atque ita subsidere cogente. Nihilominus vulgatum concoquere non potest Dindorfius, qui aliam scripturam ex Plutarcho et Eustathio, ψυχῆς νοσούσης, a poeta abjudicans, ὅργης ζεούσης reponendum censem; quasi ea lectio non plane turbaret metaphoram, quæ in νοσούσης aptissime enuntiatur. Totius loci sententia hæc est. “Hoc autem ignoras, etiam iratum precibus et sermone leniri et a proposito deflecti?” “Scio” (inquit alter); “sed opportune ac prudenter admovenda est ea medicina, ne magis etiam exasperes.” “Quid autem si ego prudenter Jovem adire audeam? Quid damni inde capiam?” “Laborem” (respondet ille) “frustra impendes.”

387. De ἐὰν—γε vide ad Ag. 944. Talia, etiamsi levicula sint, monuisse, non est perdidisse operam; nam veram hujus particulæ structuram quum minus percipient tirones, in falsissimam opinionem adduci solent, eam sæpe non nisi ad versum explendum usurpare tragicos scriptores. Vide etiam ad Theb. 71.

καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἴσχναίνη βίᾳ.

ΩΚ. ἐν τῷ προμηθεῖσθαι δὲ καὶ τολμᾶν τίνα
όρᾶς ἔνοῦσαν ζημίαν; δίδασκέ με.

390

ΠΡ. μόχθον περισσὸν κουφόνουν τ' εὐηθίαν.

ΩΚ. ἔα με τήδε τῇ νόσῳ νοσεῖν, ἐπεὶ
κέρδιστον εὖ φρονοῦντα μὴ δοκεῖν φρονεῖν.

ΠΡ. ἐμὸν δοκήσει τάμπλάκημ' εἶναι τόδε.

ΩΚ. σαφῶς μ' ἔσ ὁἶκον σὸς λόγος στέλλει πάλιν. 395

ΠΡ. μὴ γάρ σε θρῆνος οὐμὸς εἰς ἔχθραν βάλῃ.

ΩΚ. ἡ τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἔδρας;

ΠΡ. τούτου φυλάσσου μή ποτ' ἀχθεσθῆ κέαρ.

ΩΚ. η σὴ, Προμηθεῦ, ξυμφορὰ διδάσκαλος.

ΠΡ. στέλλου, κομίζου, σῶζε τὸν παρόντα νοῦν. 400

ΩΚ. ὄρμωμένῳ μοι τόνδ' ἐθώνξας λόγον·

λευρὸν γὰρ οἴμον αἰθέρος ψαίρει πτεροῖς
τετρασκελῆς οἰωνός· ἀσμενος δὲ τὰν

σταθμοῖς ἐν οἰκείοισι κάμψειεν γόνυ. 404

ΧΟ. στένω σε τᾶς οὐλομένας τύχας, Προμηθεῦ· στρ. á.

388. Libri Medicei scriptura σφυδῶντα pro σφριγῶντα non temere spernenda est. Potuit enim esse forma σφυδάω, etsi nobis cognata σφύζω tantum innotuit.

389. "Intellige audaciam prudentia conjunctam." Blomf. Sic Eur. Frag. Alcmen. 9. σκαιόν τι χρῆμ' ὁ πλοῦτος η τ' ἀπειρία.—προθυμεῖσθαι Med. et plerique libri. Sed alterum, cautionem in adeundo Jovem exprimens, sententiae multo aptius est; nam sic respectus habitus est ad v. ἐν καιρῷ.

392. τὴνδε τὴν νόσον paucissimi

libri. Laudat Elmsleius Trach. 544.
νοσοῦντι κείνῳ πολλὰ τῇδε τῇ νόσῳ.

394. τάμπλάκημα. i. e. ηδε η νόσος, sc. εὐηθία. Ego, inquit, frustra te misisse videbor, non tu ultro hoc officium suscepisse.

396. μὴ γάρ, sc. δέοικα γὰρ, μή.—θρῆνος οὐμὸς, mei miseratio, ut τὴν ἐμήν αἰδῶ, mei observantiam sive timorem, Pers. 695.

401. ὄρμωμένῳ, quum jam in eo ipso essem, ut sponte a te digredier. De nautica voce ψαίρει (flaps) optime scripsit Griffiths.

405. Metrum hujus strophæ

δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὕσσων ραδινῶν [λειβομένα]
 ρέος παρειὰν
 νοτίοις ἔτεγξε παγαῖς ἀμέγαρτα γὰρ τάδε· Ζεὺς δ'
 ἴδιοις νόμοις κρατύνων 411
 ὑπερήφανον θεοῖς τοῖς πάρος ἐνδείκνυσιν αἰχμάν.
 πρόπασα δ' ἥδη στονόεν λέλακε χώρα· ἀντιστρ. á.

Ionicum a minore est, nec tamen puris pedibus constans, ut Pers. 86 —94. ubi vide. Primus versus sic metiendus est: στένω σε τᾶς οὐλομένας τύχας, Προμηθεῦ. In secundo non offendit particula δὲ post δακρυσίστακτον, quae sensui necessaria etiam est. Nam recte respondent —— et ——, ut colligere licet ex dipodia trochaica sæpe pro Iónico posita: cf. Pers. 86.

Ibid. Gemo te propter perditam fortunam, Prometheu; rivus autem lacrymas a teneris oculis destillans genam humidis madefecit fontibus: hæc enim non invidenda sunt: Zeus autem pro suo arbitrio imperans insolentem in priores deos exserit potentiam. Jam vero universa gemebundum sonat regio; et magnificum ac vetustate nobilitatum tuum fratrumpque honorem queruntur, ac quicunque pulchræ Asiae colonias habitant, cum graviter ingemiscitibus tuis malis condolent mortales.

408. Libri omnes λειβομένα et ἔτεγξα, nisi quod unus tantum codex ἔτεγξε. Illud omittendum, hoc recipiendum vidit Heathius.— ἀμέγαρτα immisericorditer inter-

pretatur Blomf. cum sequentibus construens. Sensus potius esset: nam hæc sæva imperia Zeus secundum proprias leges exercens prioribus diis superbam exhibit indolem. Nimirum ε κρατύνων splendum erit κράτη (Suppl. 431.) Inest tamen aliquantum difficultatis in v. ἀμέγαρτος, quod proprie valet λυγρὸς, non invidendum properter infelicitatem, ut ποίμνα ἀμέγαρτος Suppl. 631, ἀζηλος sup. 146. nusquam autem pro σάενος, crudelis, immisericors, usurpatetur. Vide Buttm. Lexil. in v. μεγαίρω. Quocirca nescio an recipienda sit Rorbortelli lectio ἀμέγαρτα γὰρ τάδε· Ζεὺς δ' κ. τ. λ. quæ in uno etiam codice reperitur, γὰρ tantum pro δὲ scripto. Et sic Well. non improbante Dind.

414. αἰχμάν, indolem, ab αἴσσω, ut θυμὸς a θύνω. Vide ad Ag. 467. Graviter falluntur qui de hasta vel sceptro hoc loco cogitant.

415. Comparat Burges. Pers. 550. νῦν γὰρ πρόπασα μὲν στένει γαι' Αστὶς ἔκκενουμένα.—ἀρχαιοπρεπῆ opponitur ut magnificum aliquid ac veneranda vetustate insignitum, τῷ τῶν νέων θεῶν ἀρχῆ.

μεγαλοσχήμονά τ' ἀρχαιοπρεπῆ στένουσι τὰν
σᾶν.

417

ξυνομαιμόνων τε τιμὰν, ὅπόσοι τ' ἐποικον ἀγνᾶς

'Ασίας ἔδος νέμονται, 420

μεγαλοστόνοισι σοῖς πήμασι συγκάμνουσι θνατοῖ·

Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι στρ. β'.

παρθένοι, μάχας ἄτρεστοι,

καὶ Σκύθης ὄμιλος, οἱ γᾶς 425

ἔσχατον τόπον ἀμφὶ Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν·

†'Αραβίας τ' ἄρειον ἄνθος, ἀντιστρ. β'.

416. στένουσι Med. Rob. alii: vulgo στένουσα. Pluralis numerus post λέλακε τίνος durus est propter sequens ὅπόσοι. Plenius etiam post χώρα interpunximus.—ξυνομαιμόνες sunt Titanes.

419. ἐποικον ἔδος, i. e. ἐποικίαν, Asiae Minoris colonias. ἀγνὴ poetice dicitur Asia quasi esset persona. Vide ad Pers. 498. Sensus est, omnes Asiæ, Scythiae, Caucasi, accolæ, etiam Amazones (cf. v. 742.), tuæ sortis miserentur, ut qui circa easdem tecum regiones habitantes tui cruciatus consciū sint.

424. παρθένοι, sc. Amazones. μάχας accusativus, non genitivus casus est, monente Dind. Confer δεινοὶ μάχην Pers. 27. ἐν δαῖοις ἄτρεστον μάχαις legitur Ajac. 365.

428. Corruptum esse nomen 'Αραβία certum videtur. Quodcunque statuas de vulgatae lectionis integritate, vel ex hoc uno argu- mento manifestum est Arabiam

non esse regionem sic vulgo appellatam, quod delendam esse partculam τε in proximo versu postulat metrum: quare nisi alteram Arabiam πέλας Καυκάσου fuisse demonstratum sit (conaturque id demonstrare Butlerus ex Hor. Od. I. xxxv. 40. ubi *Massagetas Arabasque* una memorat poeta, sed vide ibid. Orellium), omnino necesse est 'Αραβία ut corruptum dammare. Magnopere placet ingeniosa Burgessii emendatio 'Αβάριές τ', qui citat Suidam in v. 'Αβαρίς, et Eustath. ex Herod. IV. 36. εἰσί τινες ὑπερβόρεοι, οὗτοι δὲ καὶ ὑπερνότιοι. καὶ ὅτι ὁ 'Αβαρίς ὁ ὑμνούμενος ὑπερβόρεος ἦν, ὃς οὐδέν γε σιτεῦσθαι λέγεται, καὶ τὸν οἰστὸν περιφέρειν κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, monetque quodammodo congruere mentionem τῶν ὀξυπρώρων αἰχμῶν cum ista Abaridis sagitta. Malim equidem 'Αβαρέων τ', sed parum refert vocis forma, modo veram vocem assequamur. Ce-

- ὑψίκρημνόν [θ'] οἱ πόλισμα
Καυκάσου πέλας νέμονται, 430
δᾶιος στρατὸς, ὁξυπρώροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς.
μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις δαμέντ' ἀδαμαντο-
δέτοις [ἐπωδ.]
Τιτᾶνα λύμαις εἰσιδόμαν θεὸν 435
Ἄτλανθ', ὃς αἰὲν
ὑπέροχον σθένος κραταιὸν
οὐράνιόν τε πόλον
νώτοις ὑποστενάζει.
Βοᾶ δὲ πόντιος κλύδων

terum v. 426, glyconeus est, ut
Cho. 778. δίδυμα καὶ τριπλὰ παλίμ-
ποινα θέλων ἀμείψει. Suppl. 530.

434. ἀκαμαντοδέτοις omnes prae-
ter unum librum. Confer v. 152.
Recte tamen observat Burgesius,
Promethea quidem, sed non item
Atlanta, adamantinis catenis fuisse
illigatum. Voluisse videtur poeta
δαμέντ' ἐν πόνοις, ὡς σὺ ἐν ἀδα-
μαντοδέτοις λύμαις, nisi ex Hes.
Theog. 519. ἀκαμάτησι χέρεσσι
vulgatum effinxit.

435. θεὸν Rob. cum duobus
MSS. θεῶν vulgo.

436. Ἄτλαν Dindorfius, qui
similes formas Αἴαν, Θόαν, laudat
ex Chærobosco. Sed vix intelligo
causam mutandi.—ὑπέροχον Herm.
Blomf. Dind. Libri ὑπέροχον. Non
sine magna probabilitate Burgesius
legendum censem ὑπέροχον σθένος
χθονὸς κραταιὸν, cuius versus me-
trum esset ut inf. 922. Conjectura

ην absimili γὰς post κραταιὸν in-
seruit Dindorfius. Fortasse tamen
ferri potest quod tentavit Schole-
fieldius, σθένος κραταιὸν πόλον τε
pro σθένος πόλον quanquam ea
structura minime Ἀeschylea est.
Sed longe placior est νώτοις ὑπο-
στενάζει, quo exprimitur ægra et
gembunda impositi oneris susten-
tatio. Verissimam tamen esse hanc
lectionem, ideoque falsam Hermanni
conjecturam ὑποστεγάζει, docent
sequentia, quibus significatur ele-
menta ac Tartarum ipsum conci-
nere (ξυμπίτνει) cum Atlantis ge-
mitu. Neque enim haec facile ex v.
συγκάμινοι sup. 421. continuantur,
ita ut de Prometheo accipienda sint,
interposita narratione de simili At-
lantis casu. Illud potius dici credi-
derim, ipsam terram, mare, fluvios,
Atlantis casu ingemiscere, quemad-
modum Asia aliæque regiones Pro-
methea lugeant suppicio affectum.

ξυμπίτνων, στένει βυθὸς, 440
 κελαινὸς δ' ἄιδος ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς,
 παγάι θ' ἀγνορύτων ποταμῶν στένουσιν ἄλγος οἰκ-
 τρόν.

ΠΡ. μή τοι χλιδῆ δοκεῖτε μηδ' αὐθαδίᾳ 445
 σιγῆν με· συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ,
 ὅρῳ ἐμαυτὸν ὥδε προσελούμενον.
 καίτοι θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα
 τίς ἄλλος ἢ ἡγώ παντελῶς διώρισεν;
 ἄλλ' αὐτὰ σιγῶ· καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἀν
 ὑμῖν λέγοιμι. τὰν βροτοῖς δὲ πήματα 450
 ἀκούσαθ', ὡς σφᾶς, νηπίους ὄντας τὸ πρὶν,

441. ἄιδος adjectivum esse videtur, ut *āis* γῆ sit terra quae non cernitur. Homerus enim δῦν' ἄιδος κυνέν, (Angl. *cap of invisibility*.) Sed libenter deleverim γᾶς, quod nec sententia nec metrum desideraret.

442. ἀγνορύτων Heathius pro ἀγνορύτων. Confer ἀμφίρυτος Ajac. 134. καλλίροον Od. xvii. 206. et vide sup. ad v. 243.

Ibid. ἄλγος. Atlantis, non Prometheus, si recte intelligo.

Metra Epodi hæc esse videntur.
 1. Antispastico-dactylicum vocare liceat. 2. Dactylicum, præmissa penthemim. iambica. 3. Penthemimeris iambica. 4. Trochaicum. 5. Dactylicum. 6. Iambicum. 7. Idem. 8. Trochaicum. 9. Dochmiacum cum longa syllaba. 10. Dactylico-trochaicum. Longe aliter sex priores versus

distribuunt Dindorfius aliique editores.

446. Plerique libri et hic et Ran. 730. προσελούμενον præbent. Formam vocis veteribus etymologis parum intellectam nuper explicavit Buttmannus in Lexilogo, qui ad radicem πρὸ et ἔλω, σφέλω, proculcare, retrahit, ut *suavis* ab ἀδν̄ formatur. Ejusdem familiæ sunt εἰλεῖν, σφάλλειν, σφέλας, et antiquissimam formam fuisse εἰλεῖν manifestum est ex εἴλη et εἰλίσσειν.

450. Pro πήματα Vir doctus in Mus. Phil. Cant. i. p. 687. corrigi vult εἱρήματα. Sed nulla causa mutationis est; nam si in sequentibus narratur quomodo ignorantia laborarent mortales atque omnia temere miscerent, antequam Prometheus opem attulisset, hi casus et hæc eorum infortunia rectissime dicuntur τὰ ἐν βροτοῖς πήματα.

ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους.
 λέξω δὲ, μέμψιν οὕτιν' ἀνθρώποις ἔχων,
 ἀλλ' ὅν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενας·
 οἱ πρῶτα μὲν βλέποντες ἐβλεπον μάτην, 455
 κλύοντες οὐκ ἡκουον· ἀλλ' ὄνειράτων
 ἀλίγκιοι μορφαῖσι τὸν μακρὸν χρόνον
 ἐφύρον εἰκῇ πάντα, κοῦτε πλινθυφεῖς
 δόμους προσείλους ἥσαν, οὐ ξυλουργίαιν·
 κατώρυχες δὲ ἔναιον, ὥστ' ἀήσυροι 460

453. μέμψιν οὕτιν' ἀνθρώποις
 ἔχων, non parvi pendens homines;
 sive malis, non efficere volens, ut
 mala de hominibus opinio concipiatur
 propter infirmitatem et inscitiam
 eorum. Nam ἔχων valet fere παρέ-
 χων. Vide Donaldson ad Pind.
 Isthm. III. 54. ubi eodem sensu
 legitur μομφὰν ἔχων.

454. ὅν δέδωκ' εὔνοιαν, sc. ἐκείνων
 ἀδέδωκα, gratiam et benevolentiam
 eorum munerum quae iis largitus
 sum.

456. Confer Cho. 5. κλύειν, ἀκοῦ-
 σαι, et ibi notata. Hom. II. xv. 128.
 οὐατ' ἀκούμενη ἔστι, νόος δὲ ἀπόλωλε.

457. βίον pro χρόνον libri longe
 plurimi. Plat. Phæd. §. 105. ἀλλον
 τρόπον αὐτὸν εἰκῇ φύρω.

459. προσείλους, proprie ad so-
 lem conversos, ab εἴλῃ, radius, hic
 respicit contrarium ἀνηλίοις v. 461,
 et nihil aliud quam apricos signifi-
 cat.—ἥσαν pro ἥδεσαν. Vide Butt-
 mann. Irregular Verbs, in v. εἴδω,
 p. 78.

460. ἀήσυροι, parvi, pusilli, Angl.

tiny. Suidas: ἀήσυρον, τὸ λεπτὸν,
 τὸ μετέωρον καὶ κοῦφον, τὸ ἐλαφρὸν,
 παρὰ τὸ αέρι σύρεσθαι, et sic Apol-
 lonius, Lex. Hom. ἀήσυρον, κοῦφον,
 τὸ οἷον τέ υπ' ἀνέμου σύρεσθαι, τού-
 τεστι υπὸ τῆς ἀήτης, τῆς ἀνέμου
 πνοῆς. Alii ab αἴ et σύρω deducunt,
 quia formica semper trahit ore quod-
 cunque potest, atque addit acervo.
 Vox fortasse Σεοίλικα est; sed dubiæ
 admodum etymologiæ, nam prior
 syllaba in σύρω producitur. An ter-
 minatio tantum in -υρος, ut ἀλμυρός,
 hanc formam effecerit, nescimus.
 αείσυροι libri fere omnes, quae for-
 tasse forma Atticæ dialecto conve-
 nientior erat; confer similem varie-
 tam inter προσείλους et προσήλους
 in vett. libris v. 459, ut et κειρύλος
 pro κηρύλος dicebant. (Schol. ad
 Arist. Av. 299.) Crediderim ta-
 men ἀήσυρος communem originem
 habere cum εἴρος (ἥ-υρος), ζέφυρος,
 (ζόφ-υρος, i. e. ἐκ ζόφου,) ἀ-υρα,
 αύρα. Ut enim his prior syllaba v.
 ἀήρ, ἡώς, vel ἀώς, radix est, sic ab
 αήτης, spiritus, ἀήτ-υρος, ventosus,

μύρμηκες, ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις.

ἢν δὲ οὐδὲν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμαρ,

οὔτ' ἀνθεμώδους ἥρος, οὔτε καρπίμου

θέρους βέβαιον· ἀλλ' ἀτερ γνώμης τὸ πᾶν

ἐπρασσον, ἐς τε δή σφιν ἀντολὰς ἔγω 465

ἄστρων ἔδειξα, τάς τε δυσκρίτους δύσεις.

καὶ μὴν ἀριθμὸν, ἔξοχον σοφισμάτων,

ἔξηρον αὐτοῖς, γραμμάτων τε συνθέσεις,

μνήμην θ', ἀπάντων μουσομήτορ' + ἐργάνην.

κάζενξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα 470.

Ζεύγλαισι δουλεύοντα· σώμασίν θ' ὅπως

θνητοῖς μεγίστων διαδόχοι μοχθημάτων

quod in *ἀήσ-νρος* transivit, notissima analogia. Vide Müller, Dor. II. p. 499. De aliis proprie usurpatur hæc vox in loco ex Suida citato in Blomf. gloss. ad v. 32.

465. ἀντολὰς, scil. ad tempestatum spatia dignoscenda. Unde Ag. 7. ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολὰς τε τῶν. Vide Mus. Phil. Cant. I. p. 21. ἀτερ γνώμης, temere, sine iudicio, sine facultate percipiendi, sine cura digerendi.

467. ἀριθμόν, arithmeticam, quam artium præstantissimam censebant boni Pythagorei.—γραμμάτων συνθέσεις, literarum compositiones, sc. artem qua per singulas literas diverso ordine conjunctas exprimitur animi sententia. Sic sæpe συντίθενται, ut Suppl. 63. ἐγγεγραμμένην ξυνθήματα Trach. 158.

469. ἐργάτιν vulgo. Sed ἐργάνην Blomf. Dind. alii ex Stobæo, eandemque lectionem olim in Mediceo

scriptam videri testatur Dindorfius. ἐργάτις veteribus plerumque πόρη significabat, vel saltem *mercenaria*, ut Pind. Isthm. II. 6. Sensus hic esse videtur: et memoriam, quæ in omnibus efficiendis Musarum mater est; i. e. quæ μονοτικὴν, artem et scientiam, in omnibus adhibet. Vel simpliciter Memoria dicitur omnium effectrix, quia sine memoria nihil servari, nihil ad finem perduci potest. In epitheto *μουσομήτορα* eleganter alludit ad Mnemosynem Musarum matrem, monente Schützio. Confer Hesiod. Theog. 916.

472. διαδόχοι (διαδόχοι edd.) vicarii, i. e. successores, adjutores. Citat Schützius frag. Prom. Solut.

180. ubi jumenta vocantur ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα.—γένοινθ'

θρο γένωνθ' Brunckius. Vide ad v. 310. Falluntur autem, qui docent ζυγὸν et ζεύγλην synonyma esse.

γένοινθ', ὑφ' ἄρματ' ἥγαγον φιληνίους
ἴππους, ἀγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς.

θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ 475
λινόπτερ' ηὗρε ναυτίλων ὁχήματα.

τοιαῦτα μηχανήματ' ἔξευρών τάλας
βροτοῖσιν, αὐτὸς οὐκ ἔχω τέφισμ', ὅτῳ
τῆς νῦν παρούσης πημονῆς ἀπαλλαγῶ.

ΧΟ. πέπονθας αἰκὲς πῆμ'. ἀπόσφαλεὶς φρενῶν 480
πλανᾶ, κακὸς δ' ἰατρὸς ὡς τις, ἐς νόσου
πεσῶν ἀθυμεῖς, καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις
εὑρεῖν δόποίοις φαρμάκοις ιάσιμος.

ΠΡ. τὰ λοιπά μου κλύουσα θαυμάσει πλέον,
οἵας τέχνας τε καὶ πόρους ἐμησάμην. 485
τὸ μὲν μέγιστον, εἴ τις ἐς νόσον πέσοι,
οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον,

Quid differant optime intelligent
tirones ex libro utilissimo, *Dictionary of Antiquities*, p. 534. ζυγὸν
scilicet erat transversum ac leviter
incurvatum tignum, equorum et
boum cervicibus impositum, ad
quas aptabatur vel ζυγλαῖς, *collari-*
bus, quae collo circumdata erant,
vel λεπάδναις, *loris*, quibus ad col-
lum alligabatur. Vide Pers. 193.
Confer autem Hom. Il. xix. 406.
πᾶσα δὲ χάιτη ζεύγλης ἔξεριπούσα
παρὰ ζυγὸν οὐδας ἵκανεν. Ag. 1617.

474. Scholiasta: τὸ γάρ ἐπο-
χεῖσθαι τοῖς ἵπποις πλοντίων ἐστί.
Sumptuosa admodum habebatur ἡ
ἰπποτροφία, unde οἰκίη τεθριππο-
τρόφος ex Herod. vi. 35. laudat
Blomf. Sic Demosth. adv. Phæ-

nippum, p. 1046. ἵπποτρόφος ἀγα-
θός ἐστι καὶ φιλότιμος, ἀτε νέος καὶ
πλούσιος καὶ ἴσχυρὸς ὢν.

476. ὁχήματα de navibus Suppl.
32. λινόπτερα ibid. 126. et 714.

480. Male vulgo interpungitur
hic locus. Sensus est: turpe tibi
et dishonestum est quod pateris:
qui errasti quidem, nec tamen
errorem corrigere aut potes aut
curas. Post πλανᾶ intelligendum
est μέν, ut sæpe. Vide ad Theb.
50.— αἰκὲς pro ἀεικὲς Porsonus.
Infra tamen v. 533. habemus solu-
tam formam δεικεῖ. Vide ad Pers.
472.

487—8. οὐδὲ pro οὔτε libri fere
omnes; sed recte videntur Blomf.
et Dind. οὔτε utriusque loco resti-

οὐ χριστὸν, οὔτε πιστόν αλλὰ φαρμάκων
χρείᾳ κατεσκέλλοντο, πρίν γ' ἐγὼ σφίσιν
ἔδειξα κράσεις ἡπίων ἀκεσμάτων,
490 αἷς τὰς ἀπάσας ἔξαμύνονται νόσους.
τρόπους τε πολλοὺς μαντικῆς ἐστοίχισα,
κάκρινα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἢ χρὴ

tuisse. Comparat Dind. Orest. 46. μήδ' ἡμᾶς στέγαις, μὴ πυρὶ δέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινα. Supra 458—9. Theb. 45. ΟΕd. Col. 972. ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρὸς, οὐ μητρὸς εἰχον. De quinque medicamentorum generibus, quae sunt πότιμa vel πιστὰ, (Angl. draughts,) ἐπίπαστa, aspergenda, (powders,) βρώσιμa, comedenda, ἔγχριστa, inungenda, (embrocades,) καταπλαστὰ, Arist. Plut. 717, (plaisters, poultices, etc.) vide omnino doctissimam Blomfieldii dissertationem in Glossario. Addit Burgesius ὄσφραντa, (scents,) et εἰσφρητa, (injections,) recteque distinguit inter medicos, (physicians,) qui his omnibus utebantur, chirurgos (surgeons,) quibus propria erat τομὴ et καῦσις (cf. Ag. 822.) et empiricos, (quacks,) qui ad ἐπωδὰς, μαγεύματα, γοντέις, et περιάπτa (amulets,) confugiebant. Unde Soph. Ajax. 581. οὐ πρὸς ιατροῦ σοφοῦ θρηνεῖν ἐπωδὰς πρὸς τομῶντι πήματi. Observandum præterea est, quoties metaphoras a scientia medicinae mutuatus sit noster poeta. Exempla quædam apponere fortasse non pigebit. Supra 481. 386—8. Ag. 821. ὅτῳ

δὲ καὶ δεῖ φαρμάκων παιωνίων, ἣτοι κέαντες ἢ τεμόντες εὐφρόνως πειρασμέσθα πῆμ' ἀποστρέψαι νόσουν. Cho. 462. δώμασιν ἔμμοτον τῶνδ' ἄκος. Eum. 179. παίδων κακοῦται χλοῦνις, ubi κακοῦσθαι medicorum vocabulum esse videtur, quo sæpe utitur Hippocrates. Ag. 1378. τί κακοῦ, ὁ γύναι, χθονοτρεφὲς ἔδανόν, ἢ ποτὸν πασαρένα ρυτᾶς ἐξ ἀλὸς ὅρμενον; Prom. 507. ἔξομματόω et ἐπάργεμα vide not. Ag. 17. Cho. 530. Suppl. 264. ἐντέμνειν ἄκος et ἄκος τομαῖον.

489. Notanda in κατεσκέλλοντο imperfecti temporis significatio. Est autem σκέλλω arefacio, exsicco, unde deducitur nostrum vocabulum skeleton. Cf. Il. xxiii. 191.—πρίν γ' libri optimi. Vulgo πρὶν, de cuius vocis mensura vide ad v. 789. σφίσιν pro αὐτοῖς, ut σφιν v. 465, ex usu epicorum.

491. ἔξαμύνονται, quibus nunc homines a se arcere solent omnes morbos. Quod dedit Blomf. ἔξαμύνονται, vide ne Latina potius quam Græca structura sit.

492. τρόπους τε Med. Reliqui τρόπους δέ.

ἄπαρ γενέσθαι, κληδόνας τε δυσκρίτους
έγνωριστ' αὐτοῖς ἐνοδίους τε συμβόλους
γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν σκεθρῶς
διώριστ', οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν,
εὐωνύμους τε, καὶ δίαιταν ἥντινα
ἔχουστ' ἔκαστοι, καὶ πρὸς ἄλλήλους τίνες
ἔχθραι τε καὶ στέργηθρα καὶ ξυνεδρίαι·
σπλάγχνων τε λειότητα, καὶ χροιὰν τίνα
ἔχοντ' ἀν εἴη δαίμοσιν πρὸς ἡδονὴν,
χολῆς λοβοῦ τε ποικίλην εὔμορφίαν.

494. κληδόνας, omina per voces subitaneas intellecta, quae plerumque dicebantur φῆμαι. Hujusmodi generis sunt *aery tongues, that syllable men's names, on sands, and shores, and desert wildernesses.* Miltonus in *Como.*

495. ἐνοδίους συμβόλους, Angl. *objects first met on a journey.* Suppl. 496. καὶ συμβόλουσιν οὐ πολυστομὲν χρεών, ubi vide notata.

498. εὐωνύμους τε, i. e. καὶ οἵτινες εὐώνυμοι, *tristes, lœvi.* Hom. Il. XII. 238. τῶν (sc. οἰωνῶν) οὐ τι μετατρέποι· οὐδὲ ἀλεγίζω, εἴτ' ἐπὶ δεξιὶ ἵωσι πρὸς ἡώ τ' ἡέλιον τε, εἴτ' ἐπ' ἄριστερὰ τοί γε ποτὶ ζόφον ἡέροντα.

500. ξυνεδρίαι, *consensus; contraria vox erat διεδρία, utraque autem auguralis, monente Abreschio, qui bene laudat Arist. Hist. Anim. 9. 1. τὰς διεδρίας, καὶ τὰς συνεδρίας οἱ μάντεις λαμβάνουσι, διεδρα μὲν τὰ πολέμια τιθέντες, σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἄλληλα.* Unde hic

clarior intelligimus quae præcedunt, ᔁχθρας καὶ στέργηθρα avium.

501. λειότης. Rugosum scilicet et exile jecur infaustum habebatur; contra autem lubricum, plenum, leve, εὐτραφὲς, deorum favorem portendebat. Cic. de Div. II. 13.

502. πρὸς ἡδονὴν, i. e. ἡδέων, scil. ἡδέα. Vide ad Ag. 278. Respicit in his verbis τὸ καλλιερεῖσθαι. Sensus est, Quemnam colorem habentia, deorum portenderent benevolentiam. Ad ᔁχοντα enim manifesto supplendum est τὰ σπλάγχνα, quod tamen non vidit supplendum G. Burges.

503. Adeo dura est copulæ omissionis si καὶ εὔμορφίαν χολῆς λοβοῦ τε intelligas, ut rectius εὔμορφίαν per ἐρεχεγεσιν ad λειότητα adnectas. λοβὸς, jecur, si ποικίλος (Angl. *streaked*) et εὔμορφος erat, familiaris putabatur; si omnino desisset visceribus, triste omen habitum est. Laudat Blomf. Eur. El. 826. λοβὸς μὲν οὐ προσῆν σπλάγχνοις.

κνίσῃ τε κῶλα συγκαλυπτὰ καὶ μακρὰν
όσφυν πυρώσας δυστέκμαρτον εἰς τέχνην
ώδωσα θυητούς· καὶ φλογωπὰ σήματα
έξωμμάτωσα, πρόσθεν ὅντ' ἐπάργεμα.
τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτ' ἔνερθε δὲ χθονὸς
κεκρυμμέν' ἀνθρώποισιν ὀφελήματα,
χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε, τίς 510
φήσειεν ἀν πάροιθεν ἔξευρεῖν ἐμοῦ;
οὐδεὶς, σάφ' οἶδα, μὴ μάτην φλῦσαι θέλων.
βραχεῖ δὲ μύθῳ πάντα συλλήθδην μάθε,
πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.
ΧΟ. μή νυν βροτοὺς μὲν ὀφέλει καιροῦ πέρα, 515

Addit Griffiths ex Cic. de Div. II.
13. "caput jecoris ex omni parte
diligentissime considerant; si vero
id non est inventum, nihil putant
accidere potuisse tristius."

504. κνίσῃ συγκαλυπτά. Confer
Antig. 1011. Ad ὄσφυν, (Angl.
the *chine*,) vide Arist. Pac. 1053.
et ibi Schol. Vulgo autem ὄσφυν.
Ridicule hic Burgesius: "Cur
longam dicit? Subest certe error." Respondeat quivis puer, "Quia
longam fecit Natura." Sed totum
locum perverse intellexit et mu-
tando corrupit Vir ille ἀκορεστό-
τατος.

505. τέχνην, sc. τὴν τῶν ἐμπύ-
ρων.—φλογωπὰ σήματα de igni-
spicio intellige; vide Eur. Phœn.
1255.—ἄργεμος vel ἄργεμον oculi
morbus erat, λεύκωμα, (nostris me-
dicis vocatur *cataract*,) et ἔξομμα-
τοῦ significat oculos incremente

hoc vitio purgare. Cf. Suppl. 463.
Cho. 839. Arist. Plut. 635. ἔξωμμά-
τωται καὶ λελάμπρυνται κόρας, quod
ex Phineo Sophoclis sumptum mon-
net Schol. Hesych. ἄργέματα· τὰ
ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν λευκώματα. Vide
eundem in ἐπάργεμος.

512. *Nisi qui velit inepte gar-
rire.* φλῦσαι, a φλύω, Angl. to
babble, propre de aqua dicitur.
Cf. Theb. 658. Hinc deducitur
Latinum *fluo*.

515. Sensus est; μή νυν, βρο-
τοὺς ὀφελῶν, h.e. ὀφελήσας, σαυτῷ
ἀκρίδει. Non monuissem, nisi gra-
viter errasset Burgesius, qui seor-
sum accipiens μὴ νῦν ὀφέλει quærit
quomodo nunc Prometheus mor-
tales adjuvare potuerit.—πέρα και-
ροῦ, *ultra scopum*, i.e. justum mo-
dum. De vera hujus formulæ
significatione disputatum est ad
Suppl. 1044. Ag. 355.

σαυτοῦ δ' ἀκήδει δυστυχοῦντος· ὡς ἐγὼ
εὐελπίς είμι τῶνδέ σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι
λυθέντα μηδὲν μεῖον ἴσχύσειν Διός.

ΠΡ. οὐ ταῦτα ταύτη Μοῖρά πω τελεσφόρος
κράναι πέπρωται, μυρίαις δὲ πημοναῖς
δύαις τε καμφθεῖς, ὥδε δεσμὰ φυγγάνω.
τέχνη δ' Ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ.

ΧΟ. τίς οὖν Ἀνάγκης ἐστὶν οἰακοστρόφος;

ΠΡ. Μοῖραι τρίμορφοι, μνήμονές τ' Ἐρινύες.

ΧΟ. τούτων ἄρ' ὁ Ζεύς ἐστιν ἀσθενεστερος; 520

ΠΡ. οὐκουν ἀν ἑκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην.

ΧΟ. τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ, πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;

ΠΡ. τοῦτ' οὐκέτ' ἀν πύθοιο, μηδὲ λιπάρει.

ΧΟ. ἦ πού τι σεμνόν ἐστιν ὁ ξυναμπέχεις.

ΠΡ. ἄλλου λόγου μέμνησθε, τόνδε δ' οὐδαμῶς 530
καιρὸς γεγωνεῖν, ἀλλὰ συγκαλυπτέος
ὅσον μάλιστα τόνδε γὰρ σώζων ἐγὼ
δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἑκφυγγάνω.

519. Arist. Equit. 843. οὐκ,
ῶγαθοί, ταῦτ' ἐστί πω ταύτη, μὰ
τὸν Ποσειδῶ.

520. Notandum pέπρωται cum
nominativo personae, cum ple-
rumque impersonaliter usurpetur.
Sed ut ἔοικα μάτην ἔρειν (inf. 1028.)
dicitur, non ἔοικεν ἐμὲ ἔρειν, δίκαιος
ἐστι ποιεῖν pro δίκαιον ἐστιν αὐτὸν
ποιεῖν, etc. sic Μοῖρα πέπρωται
κράναι accipi potest pro πέπρωται
Μοῖραν κράναι. Vide inf. ad v. 639.
Fortasse tamen pro activo est,
statuit.

524. Eum. 360. κακῶν μνήμονες

Σεμναί. μνήμων Ἐρινύς Ajac. 1390.
—τρίμορφοι pro τρεῖς vide ad
Suppl. 368.

525. Vulgo ἄρα Ζεύς. Arti-
culum ex optimis libris restituendū
censuit Dindorfius.

526. De οὐκονν—γε vide ad v.
330.

528. Vulgo οὐκ ἀν οὖν, quod pa-
rūm recte diceretur. Altera lectio
exstat in bonis codicibus. οὐκέτι
sæpe sic usurpatur; hactenus qui-
dem, sed non ulterius. Male intel-
lexit Burgesius.

ΧΟ. μηδάμ' ὁ πάντα νέμων στρ. ἀ.

θεῖτ' ἐμῷ γνώμῃ κράτος ἀντίπαλον Ζεὺς, 536

μηδ' ἐλινύσαιμι θεοὺς ὅσταις θοίναις ποτινιστομένα
βουφόνοις, παρ' Ὡκεανοῦ πατρὸς ἀσβεστον πόρον,

μηδ' ἀλίτοιμι λόγοις. 541

ἀλλά μοι τόδ' ἔμμενοι,

καὶ μήποτ' ἐκτακείη.

ἀδύ τι θαρσαλέαις ἀντιστρ. ἀ.

τὸν μακρὸν τείνειν βίον ἐλπίσι, φαναῖς 546

θυμὸν ἀλδαίνουσαν ἐν εὐφροσύναις· φρίσσω δέ σε δερ-
κομένα

535. Nunquam eveniat, ut contraria meo arbitrio potentiam exerceat Zeus omnium rerum dispensator; nec ut ipsa negligam deos adire cum puris cæsarum boum sacrificiis, juxta patris mei Oceani flumen, nec ut verbis offendam; sed hoc, quod nunc facio, maneat mihi, et nunquam ex animo evanidum fiat. Metra sunt: 1. Dactylicum. 2. 3. 4. idem, præeunte dipodia trochaica, et intertextis spondæis. 5. ut 1. 6. Trochaicum. 7. Iambicum.

541. ἀλίτοιμι, aoristum ab ἀλιταίνω. Alia forma ἀλιτρέω occurrit Eum. 306. si vera lectio.

543. Contrarium ἐντακῆναι Soph. Electr. 1311. Trach. 463. Post hoc verbum comma ponendum censet Dind. quasi τόδε ad sequentia pertineat; quod insignem sententiæ pietatem mirifice labefactaret. Præterea semper fere in fine strophæ et antistrophæ concluditur oratio;

et hunc esse novi sermonis tenorem quivis perspiciat: Dulce quidem est vitam inter spem et lætitiam producere; sed mihi nunc tuos cruciatus videnti non tam spes et confidentia quam metus ac terror animo obversantur.

544. Libri ηδύ. Scribendum videtur ηδύ.

Ibid. Dulce quiddam est, longam producere vitam inter spem et fiduciam, animum educantem lucidis in delectationibus. Horresco autem, quum te video innumeris laboribus cruciatum, [id quod tibi pro poena contigit,] nam Jovem non veritus tute ex tuo ipsius arbitrio mortales nimium colis, Prometheus. Age, dic, amice, quomodo vanum istud beneficium tibi subsidio fuerit, aut ubi aliquod mortalium auxilium. Neque intellexisti viribus carentem impotentiam, qua cæcum hominum genus impeditum est?

μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον * * * * 550

Ζῆνα γάρ οὐ τρομέων

τιδίᾳ γνώμᾳ σέβει

θνατοὺς ἄγαν, Προμηθεῦ.

φέρ' ὅπως ἄχαρις χάρις, ὡς φίλος, εἰπὲ ποῦ τις
ἀλκά; [στρ. β'.

τίς ἐφαμερίων ἀρηξις; οὐδὲ ἐδέρχθης 556

οὐλιγοδρανίαν ἄκικυν,

ἰσόνειρον, ἢ τὸ φωτῶν ἀλαὸν γένος ἐμπεποδισμένον;
οὕποτε 560

550. Exciderunt quatuor syllabæ, - - - -. Antistrophica verba πατρὸς ἀσβεστον non agnoscit Schol. qui ὠκεανοῦ πόρον legisse videtur.

552. ιδίᾳ corruptum est, nec optime resarcit metrum legendō
† ἐν† ιδίᾳ e Schol. αὐτόνῳ conjecit Dind. quod audacius esset recipere.

554. "Constructio est, φέρ' εἰπὲ, ὅπως ἄχαρις χάρις. χάριν ἄχαριν (cf. Cho. 38.) beneficium vocat pro quo damnum reportatur." DIND. Ceterum εἰπὲ bis sumendum est, φέρ' εἰπὲ, ὅπως—εἰπὲ ποῦ τις ἀλκά. (ποῦ τις, *quae et ubi*, Dindorfius.) Hoc plenius dixisset poeta: εἰπὲ ὅπως ἄχαρις χάρις ἀλκή τις ἐστί σοι, ή ποῦ τις ἀλκή, ή τις ἀρηξις, κ. τ. λ.—Sed corruptum fortasse est ὡς φίλος, pro quo non male conjectit Burgesius ὠφέλει σ', nisi quod omitendum fuerit pronomen propter metrum. Ita hoc diceret: age, narra quomodo vanum beneficium quod in mortales contulisti,

tibi prodesset. Sup. 83. τί σοι οἷοι τε θυητοὶ τῶνδε ἀπαντλῆσαι πόνουν; Scilicet ὠφέλει primum in ὡς φίλε, deinde in ὡς φίλος hiatus vitandi causa mutatum videtur.—Metra sunt: 1. 2. 3. anapæstico-iambicum. 4. Versus ex dipodia trochaica, cretico, et dactylis consarcinatus. 5. Dactylicum. 6. Iambicum.

559. ισόνειρον. Producitur prima syllaba ut in ισόμοιρον Cho. 311. Hunc locum fortasse respexit Arist. Av. 686. monente Blomf. οὐλιγοδρανίες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα φύλ' ἀμενηνά, ἀπτήνες ἐφημέριοι, ταλαοὶ βροτοὶ, ἀνέρες εἰκελόνειροι. Post οὕποτε deest spondæus, aut redundant ἔδνοις in v. 569. Nihil hic ad sensum desideratur, illic autem ægre omittitur ἔδνοις. Nimiris audacter Dindorfius: οὕποτε θνατῶν | τὰν Διὸς ἀρμονίαν ἀνόρων παρεξίασι βουλαί, quanquam fortasse recte. Suspicio dēderat post ἀλαὸν inserendum, οὕπως pro οὕποτε legendum esse, ex Od. v. 103.

τὰν Διὸς ἄρμονίαν
θνατῶν παρεξίασι βουλαί.
ἔμαθον τάδε σὰς προσιδοῦσ' ὄλοὰς τύχας, Προμη-
θεῦ· [ἀντ. β'.]
τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος προσέπτα 566
τόδ', ἐκεῖνό θ', ὅτ' ἀμφὶ λουτρά
καὶ λέχος σὸν ὑμεναίουν ἴοτατι γάμων, ὅτε τὰν ὄμο-
πάτριον ἔδνοις
ἄγαγες Ἡσιόναν 570
πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον.

ΙΩ.

τίς γῆ; τί γένος; τίνα φῶ λεύσσειν
τόνδε χαλινοῖς ἐν πετρίνοισιν

561. ἄρμονίαν παρεξίασι, *fixum et immutabilem rerum ordinem excedent*, sc. impune violabunt. Antig. 60. εἰ νόμον βίᾳ ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν. οὐπω pro οὐποτε perperam dedit Burgesius, *quia οὐποτε futurum tempus postularet*. Nimirum παρεξίασι verbum perfecti temporis esse creditit.

Ibid. Nunquam rerum ordinem ab ipso Jove constitutum hominum excedent consilia. Hæc didici misera tua contuendo infortunia, Prometheu. Diversa autem mihi subito accessit cantilena, hæc scilicet ab illa, quam in lavacrum lectumque tuum olim accinebam, nuptiis consentiens, quum sororem nostram Hesionam domum ducebas, consors lectri quæ esset, donis persuasam.

566. διαμφίδιον μέλος, ἀλλοῖον, διαπαντὸς κεχωρισμένον. Αἰσχύλος Προμηθεῖ Δεσμώτῃ. Ita Hesychius. Expectabas simpliciorem structuram διαμφίδιον δέ μοι προσέπτα τόδε τὸ μέλος, ἐκεῖνό τε, (*ὅ προσέπτα*) δὲτε ὑμεναίουν. Nec tamen ita accipiendum. ὅτε αλιι ab ὅστε deducunt. Notabunt tirones productam primam syllabam in v. ὑμεναίουν, propter augmentum.—ἴοτητι γάμων, nuptiarum consensu. Vox HomERICA, proprie voluntatem significans, sed hic latiore sensu usurpata.

570. τὰν ὄμοπάτριον, sororem nostram; ex eodem patre, sed alia fortasse matre natam.—ἄγαγες, *dōnum abduxisti*, frequentius in media voce pro ἔγημας.

573. χαλινοῖς, i.e. δεσμοῖς. Vide Donaldson ad Pind. Isthm. vii. 45.

χειμαζόμενον; τίνος ἀμπλακίας

ποινὰς ὀλέκει; σήμηνον ὅποι

γῆς ή μογερὰ πεπλάνημα.

ἀ ἄ, ἐε ἐέ.

χρίει τις αὖ με τὰν τάλαιναν οἰστρος·

εἴδωλον "Αργου γηγενοῦς"

ἄλευ', ἀ δᾶ φοβοῦμαι

τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν

ὅ δὲ πορεύεται δόλιον ὄμμ' ἔχων,

δύν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει.

ἀλλά με τὰν τάλαιναν

ὕπερ. ἐξ ἐνέρων περῶν κυναγετεῖ,

πλανᾶ τε νῆστιν ἀνὰ τὰν παραλίαν ψάμμαν.

575. *ποινὰς* Med. et plerique libri. *ποινᾶς* nonnulli. *ποινᾶς* vulgo. Rectissime se habet *ποινᾶς*, accusativus sententiæ subjectus, de qua structura vide ad Ag. 218. Similimum est ἀπόλαυσιν εἰκοῦς ἔθανες ἄν, Hel. 77. Ag. 1392. οὐ τοῦτον ἐκ γῆς τῆσδε χρῆν σ' ἀνδρηλατεῖν, μιασμάτων ἄποινα; Frequentior tamen est post activum verbum quam post intransitivum.

578. *χρίει*, pungit. Inf. 693.

899. Versus est senarius catalecticus, ut inf. 922.

580. Audacter Dind. ἄλεν δᾶ τὸν μυριωπὸν κ. τ. λ. omisso φοβοῦμαι, tentata apocope in ἄλενε, ut παῦ παῦ οὗτος Equit. 821, et nominativum εἰσορῶσα explicans πρὸς τὸ σημαινόμενον, ut Hec. 970. αἰδὼς μ' ἔχει, ἐν τῷδε πότμῳ τυγχάνουσα. Qui tamen locus vix huc

pertineret: nec videtur idonea caussa subesse mutandæ vulgatæ lectionis, ἄλευ', ἀ δᾶ, averte, terra, nisi quod ἀ δᾶ in quibusdam libris scriptum ab Etymol. M. in ἀλενάδα diserte confirmatur. Confer ἀ Ζῆ Suppl. 152. Invocatur terra, ut quæ summiserit εἴδωλον "Αργου, ut eum avertat. Confer Suppl. 866. μᾶ Γᾶ, μᾶ Γᾶ, βοῶν φοβερὸν ἀπότρεψε. δᾶ pro γῆ vel γᾶ Eum. 836. Metrum est ut v. 596, et antispasticus genus esse videtur.

